



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Hoffer, Rudolf Hoffer, Rudolf

Bremen, 1718

urn:nbn:de:gbv:46:1-6075

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-
THEOLOGICA.

Classis primae

FASCICULUS SECUNDUS.



FRANCOFURTI & LIPSIAE.

BREMAE.

Typis & impensis **RUDOLPHI HOFFERI**
Anno, **M D CC XVIII.**

VIRO

*Celeberrimo, plurimumque
venerando*

CAMPEGIO
VITRINGAE,

PATRI,

Theologo incluto, Doctō-
ri Sacrarum literarum & Historiæ Ec-
clesiasticæ in alma Frisiorum Aca-
demia

Professori ordinario Seniori, Ec-
clesiæ Christianæ, pietatis &
doctrinæ

In tenebris hujus, quod vivimus,
ævi fulcimento atque
ornamento,

POLYHISTORI EXIMIO,

Se-

Secundum hunc hujus

BIBLIOTHECAE

FASCICULUM,

Cum honoris & observan-
tia praefatione, omnigenaeque benedi-
dictionis coelestis apprecatione
offerunt,

ATQUE AD EAM EX DIVITE, QUA
POLLET, OMNIGENAE ERUDITI-
ONIS THESAURO,

Liberali manu instruendam atque
ornandam,

PUBLICO NOMINE INVITANT

EDITORES.

CON

Continentur hoc volumine

- I. Hermanni DEUSINGII in Psalmum Lxviii.
Commentarius pag. 1.
- II. Gerhardi OUTHOVII in locum Marc. IV;
39. Dissert. in qua divinitas Christi ex mi-
raculosa ejus maris & ventorum sedatione
demonstratur. p. 60.
- III. Hadriani RELANDI, de TRYPHONE
Judaeo, Justinii M. Antagonista disputatio.
p. 86.
- IV. Theodori HASAEI, de XCIX. *justis non
indigentibus paenitentia* ad locum Luc. XV;
7. coll. cum Ebr. XII: 23. Diss. p. 99.
- V. Martini LUTHERI Epistola inedita cum
Notis Joh. Ludolphi BUNEMANNI. pag.
138.
- VI. Historia eorum, quae circa Joh. H. HOT-
TINGERI, disquisitionem de *Revelationi-
bus* extraordinariis, ejusque a munere
Professoris in Academia Marpurgensi ab-
dicationem contigere p. 152.
- VII. Samuelis KONIG Prognosticon de inte-
ritu regni *Turcici* ab anno 1717. expectando
pag. 159.
- VIII. Brevis historia vitae Joh. D'OUTREI-
NII, Librorumque ab eo editorum cata-
logus pag. 188.
- IX. Nova Theologico - historico - literaria
pag. 193.



I.

HERMANNI DEUSINGII,

Juris-Consulti Groningani,
Psalmi LXVIII.

EXPLICATIO.

§. 1.

Psalmum hunc præcellentem omnia Ecclesiæ Novi T. fata nexâ serie suo ambitu complecti mihi stat sententia. Quam tamen, strictim expositam, meliori Lectoris judicio modeste juvat submittere, in specimen compendiaræ plurium Psalmorum Exegeseos, quæ pari modo adornata, penes me delitescit.

§. 2. Partes ejus duæ sunt, I. propositio, certamina Dei cum hostibus suis, ipsiusque victorias, ab illis, cum gaudio justorum, reportatas, in Compendium conferens.

A

rens.

rens: II, *Ἐγυαία*, omnes Novi T. periodos earumque vices explicare comprehendens.

I. Propositio succinctè continet, A. resurrectionem Dei, B. fugam hostium, & C. iustorum lætitiã. v. 14.

A. Resurrectionem Dei proponit is, qui loquitur his verbis *Vf. 2. יקום אלהים Exsurgat, vel exsurgat Deus.* Loquitur autem hic Spiritus S. vel Propheta per Spiritum, præ-nuntians, vel exoptans, resurrectionem Iesu ex mortuis (per quam ille se demonstraturus erat verum *Deum*, atque imperium Diis dictitiis abrogaturus) & in simul (qui resurrectionis istius fructus sunt) totidem resurrectiones Christi, ad antecedendum Ecclesiæ suæ & propagandum regnum suum intergentes, quot progressus insignes regnum illud facturum erat in mundo. Quo sensu, cum profectura erat arca fœderis, Moses agebat: *Surge Jehova, Num. 10: 35.* Quorsum heic respicitur.

B. Fugam hostium idem prædicat, aut in votis habet, quadruplicem, resurrectionibus illis Dei totidem insequuturam. v. 2. 3. Quemadmodum enim, cum Iesus resurgeret ex mortuis, custodes sepulchri ejus, percussi præ metu factique velut mortui, se proripiebant. *Matth. 28: 4. 11.* ita quoque, qui deinceps resurrectioni Christi quatuor illis vicibus obstituri erant, similiter erant fugam facturi. Quod & Moses d. i. præfagiebat, cum, ubi dixit.

dixisset *Surge Jehova*, incontinenti addit, & *dispergantur inimici tui, fugiantque osores tui à facie tua.*

§. 3. Quæ verba hic imitatur & ampliat Pfaltes, cum dicit, 1. *Dispergantur, vel dispergantur, inimici ejus.* Quod ego accipio de Judæis (qui & alias *inimici Christi regis* audiunt, vid. *Jes. 63: 10. 66: 6. Luc. 19: 14. 27. Rom. 11: 28.*) deleta Hierosolyma in omnem terram dispergendis, futurisque sicut gluma, quam dispellit ventus. *Pf. 1: 4. 18: 15.* 2. *Fugient, vel fugiunt, osores ejus à facie ipsius.* Quod accipio de gentibus idololatriæ, Ecclesiam Christianam persequentibus, qui, cum Lucem faciei Christi, h. e. veritatem ejus, ferre non possent, ac multo minus coram facie ejus irata consistere, *Pf. 76: 8.* ipso faciem suam ostentante tempore Constantini M. se in fugam erant daturæ, relicto Christianis imperio, vide *infr. v. 13. Reges exercituum fugiunt, fugiunt, & confer Jos. 10: 10. 11. 2. Thef. 1: 9.* 3. *Ut propellitur fumus impelles. vrf. 3.* Quod accipio de gentibus, quæ, ementito Christi nomine, atrium templi ingressæ, urbem sanctam calcarunt, *1. Cor. 11: 2.* vel, ut est *c. 15: 8.* templum, ut fumus, impleverunt. Hæ enim propellendæ erant tempore reformationis (vid. *Pf. 37: 20.*) tanquam *fumus in naso ejus. Jes. 65: 5.* Notandum vero, quod appellatio *osorum Dei* (quæ ex anteriori colo repetenda atque hic subintelligenda est,

quoniam gentes illæ ab eis, quæ ante fuerant nihil sunt mutata) disertè tamen non exprimitur, quoniam eadem odium Christi & veritatis ejus larva Christiani nominis obtegerunt, amicitiam Dei simulantes. 4. *Ut liquefcit cera coram igne, peribunt improbi coram Deo.* Quod accipio de Antichristo, filio illo perditionis, 2. Thef. 2: 3. ejusque affeclis, qui cum Christus postrema vice ut Deus surget, seque præsentem sistet, vadent in exitum, Apoc. 17: 8, 11. *in die judicii & perditionis impiorum hominum*, 2. Petr. 3: 7. & ut cera coram igne, liquefcant, evanescent, ad nihilum redigentur: Quæ est *ἡ κατάργωσις τῆς ἀνομίας* destructio ex legis illius, per Christi *ἐπιφάνειαν* apparitionem futura, 2. Thef. 2. 8. *perditio perditorum terra* Apoc. 11. 18. *perditio improborum & operantium iniquitatem usque in æternum*, Pf. 92: 8, 10. conf. Pf. 37: 34, 38. *exustio Babylonis* Apoc. 17: 16. 18: 8. & ut opinor, *devoratio Gogi & Magogi per ignem*, Apoc. 20. 9. eamque consequutura *fuga cæli & terræ*, h. e. hierarchiæ & multitudinis Antichristianæ, à facie Christi, *thronum illum magnum & candidum insidentis*. Apoc. 20: 11, Quæ 2. Petr. 3: 10. 11. *audit exustio cæli & terræ, atque omnium liquefactio.*

C. Justorum lætitiã tripartito significat vs. 4. *Et justi lætabuntur*, exsultabunt coram Deo, & hilarescent in lætitiã. *Lætabuntur* deleta Hierosolyma, & dispersis Judæis, regno Dei inimicis: *exsultabunt coram Deo*

Christo regnum suum in gentes capeffente;
 subverfa earum idololatria: *hilarescent in la-*
etitia Antichristo lapsante tempore Reforma-
 tionis, ac praesertim eo pessumeunte postre-
 mo tempore.

§. 4. II. Exergasia (v. 5--36.) omnes
 Novi T. periodos earumque vices graphicè
 describit.

A. Prima periodus repraesentatur v. 5-
 9. ubi est & exhortatio ad glorificandum De-
 um, expeditionem in gentes facientem, 2.
 rationes quibus ea exhortatio urgetur: & 3.
 commemoratio rei memorabilis quæ conti-
 git Deo expeditionem illam suscipiente.

§. 5. & Exhortatio. V. 5. *Canite Deo, psalli-*
te nomen ejus. Aggerem facite ei, qui vehitur
in deserto, in Sab nomine ipsius, & exultate coram
ipso. Jubentur hic Apostoli & Evangelistæ,
 quin tota Hebræorum Ecclesia, *canere Deo.*
 h. e. Christum, Deum Deorum, ore profite-
 ri cum lætitia, h. e. sine ulla luctus, quem
 lex attulerat, significatione, Jes. 61: 2, 3. &
psallere nomen ejus, h. e. nomen ejus, omni
 nomine superius, Eph. 1: 21. Phil. 7: 11.
nempe nomen Filii Dei, Hebr. 1: 4, 5. *Domini*
& heredis omnium, Act. 10: 36. Hebr. 1: 2.
 Dei non Judæorum tantum (quales fuerunt
 Dii diætitii) *sed etiam gentium*, Rom. 3. 29. de-
 nique *Dei totius terrarum orbis*, Jes. 54: 4. gen-
 tibus notificare ipsis operibus, cujusmodi
 erant exitus ex Hierosolyma, Es. 52: 11. Hebr.

13: 13. derelictio omnium propter nomen Christi, Matth. 19: 27. 29. seu abdicatio iniusti Mammonæ ob spem veri, Luc. 16: 9. 11. charitas in fratres & in omnes, 1. Thef. 3: 12. 2. Petr. 1: 7. prædicatio evangelii in toto mundo, Marc. 16: 15. cum multa afflictionum tolerantia nec minori cum consolatione, 2. Cor. 1: 4. 5. 7: 9.

§. 6. Neque hoc tantum, sed etiam *aggerem facere ei qui vebitur in deserto, in Jab, nomine ipsius vel potius in, aut cum, decencia, aut pulchritudine, nominis sui, & coram ipso exsultare*, h. e. omnia impedimenta fidei & obedientiæ in se & in gentibus remove, veluti non concurrento cum eis ad eandem luxuriosam profusionem, 1. Petr. 4: 4. sed conversationem suam inter eos honestam conservando: 1. Petr. 2: 12. eas vocando, non ad execrationem legis, sed ad benedictionem evangelii, non ad servitutem, sed ad libertatem, non ad luctus sed ad gaudii consortium: Jes. 61: 3. suadendo eis ut à vana idololatria se converterent ad cultum Dei veri & vivi, conditoris omnium, Act. 14: 15. 1. Thef. 1: 19. dicendoque, *Tollite porta, capit a vestra, & elevamini, ostia seculi, ut intret Rex gloria.* Ps. 24: 7. Sed quid quod Hebræi jubentur hoc modo viam munire *ei qui jam vehebatur in deserto, in decencia nominis sui?* Nimirum cum Hebræi excitabantur, ut exirent ex Hierosolyma terrestri & confessionem laudis Deo, in-
ter

ter gentes offerrent, 2. Cor. 6: 17. Hebr. 13: 13. s. tunc jam vehebatur Christus in deserto gentium (si quidem *עֲדִיבָה* solitudo, sic dicta à confusione, & *סִדְרָר* desertum sunt synonyma: Job. 24: 5. 39: 6. Jes. 33. 9. 40: 3. Jer. 50: 12. Desertum autem est hieroglyphicum mundi gentium sterilis & in frugiferi, Ezech. 20: 35. Hof. 2: 17. Ap. 12: 6: in quo, dominante peccato, mera erat confusio) in decencia nominis sui, vel, ut est Ps. 45: 5. super verbo veritatis cum mansuetudine justitiae, quippe jam ante inter eos prædicatus, non tantum per Paulum & Barnabam, ad hoc emissos à Spiritu S. Aët. 13: 4. sed etiam per eos qui antè illos fuerant in Christo, Rom. 16: 17. & *τύπων διδασκῆς formam doctrinae* tradiderant creditibus, Rom. 6: 17. veluti Judæos illos ac *profelytos ex omni natione*, de quibus Aët. 2: 5. 10. Qui cum, ad suos reversi, Christum celebrabant, ut qui omnem decenciam haberet, quasi currus ipsius erant, vel equus, quo vehebatur, vel equitabat, à populo ad populum. At Hebræorum erat non tantum Regi huic, ita vecto aut equitanti in illo deserto, viam sternere amotis, ut dixi, Fidei impedimentis, sed etiam *coram ipso exsultare*, h. e. sicut David cum arca Dei Sionem subveheretur, in typum tum adscensionis Christi in cœlum, tum profectiois ejusdem in regnum cœlorum, *saltabat omnibus viribus coram Jehova*, 2. Sam. 6: 14. ita quoque, cum

Christus in regnum suum in veheretur, Evangelium pacis cum omni virium contentione cumque gaudio prædicare in montibus imperii Romani, atque ita gentes invitare ad gaudii sui consortium, ut se regi adventanti libenter submitterent, idque in ipsius conspectu. 2. Cor. 2: 17. 4: 12. Quod erat quasi desultare antè currum ejus,

§. 7. 2. Rationes, quibus ea cohortatio adstringitur, quatuor recensentur v. 6. 7.

1. *Pater pupillorum & judex viduarum Deus est in habitaculo sancto suo.* Christus qui non tantum in deserto gentium vehebatur, sed etiam in habitaculo suo sancto, in cælo, confidebat ad dextram Patris, erat *pater pupillarum*, h. e. credentium qui, *patribus carnis* jam abrogatis, neminem patrem agnoscebant præter *patrem Spirituum*, h. e. eorum qui ex Spiritu S. erant regeniti, Hebr. 12: 9. coll. Joh. 3: 6. Christum, qui tamen ipsos non erat relicturos orphanos, sed Spiritu S. ejusque virtute imbuturus, Joh. 14. 17. 18. neque omissurus aut derelicturus unquam: Hebr. 13: 5. coll. Jos. 1: 3. & *judex viduarum*, h. e. Ecclesiarum inter gentes fundatarum, nec virum habentium, sicut Synagoga Judaica *virum habuisse* dicitur. Gal. 4: 27. quarum ille causam erat acturus procurata eis sub Tiberio, Christianis indulgentiore, pace, Act. 9: 3. easque adversus malevolentes protecturus, ceu vindex earum fortis, Prov. 13:

10. II. 2. *Deus facit solitarios habitare in domo*
 vs. 7. h. e. Quemadmodum Deus metu fra-
 tris profugientem, Jacobum, quando cum
 baculo suo solus Jordanem transierat, dedu-
 xit in domum Labanis, ubi, ductis ambabus
 ejus filiabus, Dei beneficio in duas acies ex-
 crevit, Gen. 32: 10. ita quoque Hebræos, Hie-
 rosolyma exactos profugos & solos, amplifi-
 caturus erat Dominus, Mal. 4; 2. parato eis
 loco in domo Patris sui, in quam multæ erāt mul-
 tarum gentium mansiones, Joh. 14. 2. quæ
 ipsos deficientes recepturæ erant amice in æ-
 terna cætuum suorum tabernacula. Luc. 16:
 9. 3. *Edacit vinctos catenis*, Christus eosdem
 Hebræos, catenis legis vinctos, è carcere
 Hierosolymitano eduxerat in libertatem.
 Hierosolyma enim erat instar *carceris*, vin-
 cula legis instar *catenarum*, & abitus Hebræo-
 rum à Judæis ad gentes instar *eductionis* è car-
 cere in libertatem. Confer Jes. 42: 6, 7. *Da-
 bo te in fœdus populi, & in lucem gentium.* In
 lucem gentium, ad *aperiendum oculos cecos*:
 in fœdus Judæorum, *ad educendos ex claustro*
vinctos, ex carcere sedentes in tenebris. C. 61: 2.
Misit me Dominus ad prædicandum abductis in
captivitatem libertatem, διχμαλώταις ἀφείπον,
 Luc. 1: 18. Gal. 3: 23. *Antequam venisset fides*
sub legis præsidio tenebamur conclusi. Non erat
 itaque quod in carcerem & in vincula redire
 desiderarent, unde eos Angelus Domini,
 cum Petro, liberaverat. Act. 12: 6. 7. 9.

Jes. 49: 9. 4. *At rebelles inhabitant locum siticulosum. Quod si igitur in carcere illo, in cisterna illa aquis carente, in qua antea vincti fuerant, sed è qua, nunc per sanguinem fœderis erant emissi, Zach. 9: 11. cum Judæis infidelibus remansissent, siti fuissent enecti, Jes. 5: 13. Amos 8: 1. coll. Gen. 21: 15. 16. neque vel guttam aquæ habuissent, qua linguam refrigerarent. Luc. 16: 24.*

§. 8. N. *Commemoratio rei memorabilis, quæ contigit cum Christus expeditionem illam susciperet. vs. 8. 9. Deus, cum egredere-
ris coram populo tuo, cum gradereris in vastitate, Selab, terra tremebat, etiam cœli stillabant à facie Dei, hic Sinai à facie Dei, Dei Israelis. Hic sermōcinator se convertit ab Hebræis ad Christum, quoniam hoc, quod refert, ad amovendum regni ejus impedimentum spectabat. Desumpta sunt hæc verba, mutatis mutandis, ex Cantico Deborahæ Jud. 5: 4. 5. Ubi illa, Jehova, inquit, cum exires ex Seir, cum gradereris ex agro Edom, terra tremebat, etiam cœli stillarunt, etiam nubes stillarunt aquis, montes disfluxerunt à facie Jehovæ, hic Sinai à facie Dei, Dei Israelis. Verum ibi, secundum litteram certè, agitur de educatione Israelis ex Ægypto, quem Jehova, qui terram Canaan, ut suam, ad inhabitandum delegerat, inde ei quasi occurrens, ad se recipiebat, Exod. 19: 4. &, tanquam sponsam suam, domum suam deducturus erat. Hic autem agitur de edu-*

educatione Israelis Dei ex Ægypto spirituali Hierosolyma terrestri. Sicut autem illic Angelus Jehovæ, idemque Jehova, Israelem, ut dux viæ, antecesserat, Exod. 13: 21. Num. 14: 14. &c. ita hic quoque Christus Ecclesiam suam, Hierosolyma illa egressum, duxit, ut dux exercitum, ut pastor gregem. Jes. 49: 10. *Qui miseretur eorum ducet eos...* c. 52: 11. 12. *Recedite, exite illinc, impurum ne tangitote, exite ex medio illius...* Nam ita coram vobis Jehova, & agmen vestrum cogit Deus Israelis. Mich. 2: 13. *Transit Rex eorum ante ipsos, & Jehova in principiis illorum.* Joh. 10: 3. 4. *Pastor educit oves suas, cumque suas oves emisit, antegreditur eas & oves eum sequuntur.* Christus autem, tunc non tantum egressus est coram populo suo, cum, sicut ipse justificatus erat à lege, ita & illum per veritatem vindicavit in libertatem, Joh. 9: 32. sed etiam gradum in vastitate promovit, cum **בְּשֵׁמוֹת דָּרָךְ** in vasto via, aut sine via, in mundo ita vasto ut ne via quidem in eo esset, aut vestigium hominis Dei marginem gerentis, Ps. 107: 4. progressus fecit ad hæreditatem mundi promissam insignes, gentes sibi pedetentim subjiciendo.

§. 9. Sed quid accidit eo tempore?

וַתִּשְׁעַר עַרְשֵׁת הָאָרֶץ terra se movit. vs. 9. Alluditur ad Exod. 19: 18. vide Hebr. 12: 26. & confer Ps. 18: 8. *dehiscere capit & se movit terra.* *Motus terre* significat convulsionem & mutationem.

nem rerum publicarum vid. Apoc. 6: 12. 11: 13.
 atque hic Apostolo interprete, τῶν σαλευομένων
 τήν μεταθεσιν rerum mobilium amotionem,
 regno Dei immobili locum facturam. Hebr. 12:
 26. 27. Ita enim ille locum Hagg. 2: 7. Ego
 שׁוּיַרְבּ concutiam cælum & terram interpre-
 tatur. Ego amovebo cum hierarchiam Deo-
 rum dictorum, tum subjectionem populi,
 elementis mundi fervientis. Quam amo-
 tionem fervitutis elementorum mundi etiam
 terra motus ille, de quo Act. 4: 31. ominaba-
 tur. 2. שׁוּיַרְבּים cæli stillarunt à facie Dei,
 h. e. cæli quasi liquefacti & dissoluti sunt (ut
 2. Petr. 3: 12.) ab ira Dei præsentis. d. Ps. 18:
 8. Deborad. Jud. 5: 1. dicit, etiam cæli stillarunt,
 etiam nubes stillarunt aquis. Stille nubium, seu
 pluvia, significare solet evangelium, & de-
 stillatio nubium prædicationem evangelii,
 Deut. 32: 2. Jes. 55: 10. Hebr. 6: 7. &c. Sicut
 enim Prophetæ stillare dicebantur, Ezech. 21:
 2. Amos 7: 16. ita etiam præcones evangelii
 infr. v. 10, Quo sensu si hic quoque stilla-
 tionem calorum accipimus, intelligi potest ea
 catastrophe, qua Dii dicti cæli veteris T. Ps.
 115: 16. ante execrationem legis intonare
 jussi, nunc tenebantur destillare benedictio-
 nem evangelii, ex legis vindicibus conversi
 in evangelii præcones, ex indicibus iræ in gra-
 tix nuntios. Hebr. 1: 6, Es. 42: 19. Quem-
 admodum & Apostoli, in locum eorum sus-
 secti, Hebr. 1: 7. tanquam cæli Novi T. de-
 stilla-

stillarunt supernè justitiam. Jes. 45: 8, coll. Ps. 19:
 2. 50: 6. Quod si vero illi huic officio suo
 deessent, futurum erat ut igne iræ Dei liquef-
 cerent, Ezech. 22: 21. 23. 3. *Hic Sinai* etiam
 stillavit à facie Dei, Dei Israelis, cum Hiero-
 solyma terrestris & serva, tota Judæorum res
 publica, per ignem iræ divinæ liquefacta est
 Deut. 32: 22. Hæc enim (quæ comparatur
 cum monte Sinai, Gal. 4: 25. opponiturque
 monti Sion, Hierosolymæ celesti, Hebr. 11: 18. 2.)
 pone tergum Christi, h. e. eo faciem suam ab
 Israele abscondente, Jes. 8: 17. & quasi oënte
 ac populum suum per legatos gubernante, ste-
 terat, at coram facie ejus stare d-tius non
 poterat, non magis quam Dii ipsi Exod. 20.
 3. Cum enim illa promissioni untaxat in-
 serviisset, hac cum veritate con-nutata, eam
 huic cedere oportebat. Nam *acies Dei*, h. e.
 Christi, præsentiam ejus, a veritatem, quæ
 in ipso est, significat, cre-ntibus quidem,
 salutiferam, 2. Cor. 4: 6. incredulis formi-
 dandum. Apoc. 6: 16. atque tum iram ejus
 Ps. 2: 10. 4: 17. tum atiam Psal. 11: 7. 42:
 6. Qui cum hic ap-latur Deus Israelis, in-
 dicatur eum tunc ac φερωνόμεω se præsti-
 tisse Deum, h. e. r-rectorem & vitam, Is-
 raelis, non typ-rem eum, eductum ex Ægy-
 Dei. Gal. 6: 16. duceret ad hæreditatem,
 pro spirituali plus nuncupari voluisse De-
 mundi, n-fici atque carnalis, h. e. Ægy-
 um Israeli ptio-

ptiorum spiritualium, Ps. 16:4. quos nunc non aliud manebat quam æternum exitium à facie Domini, 2. Thes. 1:9.

§. 10. B. Secunda periodus exhibetur vs. 10. 11. *Pluviam liberalem agitas, o Deus, hereditatem tuam, etiam defessum, tu reficis eam. Animalia tua habitant in ea, que adornas per unitatem tuam inopi, Deus. Ubi est & afflictio & ꝑ fructus afflictionis,*

& Afflictionis indicium facit Psalter cum loquitur de hereditate Dei defessa, vs. 10. de inopi vs. 11. Quia cum tamen d. v. 10. conjungit consolationem, tu reficis illam, & medium consolationis, *pluviam liberalem agitas.* Per hereditatem ei heic intelligit electos ex Judæis. Nam, gentibus (quæ etiam hæreditas Christi sunt, 2: 8.) agit v. 11. tanquam ab ea hæreditate distinctis. Populus Israelis hætenus fuerat Dei hæreditas. Ps. 75: 62, 71. Jer. 10: 16. Sed eorum, per excidium Hierosolymæ infideles, parati erant à fidelibus palantes, remanserunt in deserto gentium dum illud Zach. 2: 12. hæreditas Dei, secundum Judam, portionem suam, ꝑ possidebat Jehova in terra gentium, jam facta sancta, h. e. hæreditatem Dei (quam h. e. sanctificata. Hanc derat) appellat נְלֵאָה *de terra confirmata, defessam,* nempe propter כָּל הַתְּלָאָה *omnem laborem* μόχθου seu κόπον *omnem laborem* πάντα τὸν μόχθον *omnem laborem* molestiam afflictionis

afflictionem, quæ occurrerat Hebræis in via ad regnum Dei, sicut quondam Israeli similis labor in via ad terram promissam offenderat. Exod 18: 8. Hinc d. v. n. Ecclesiam vocat *וַיִּינֹפֶמ*, viribus carentem, eisve non utentem, compositam ad patiendum, afflictam, à *וַיִּדְבַּל* debilitari, subigi, affigi. Sed illam reficiebat Deus, h. e. in media afflictione consolatione sua restituebat. conf. 2. Cor. 1: 4. 5. Sed qua ratione? *pluviam agitando liberalem.* Intellego imbrem benedictionum, uti est Ezech. 34: 26. consolationem Spiritus S. Act. 9: 31. in Judæos electos copiosè effusi. Tit. 3: 6. ut Es. 44: 3. *Effundam aquas in sitibundam & fluvios in aridam. Effundam Spiritum meum in semen tuum, & benedictionem meam in prolem tuam.* Conf. 2. Sam. 23: 4. Ps. 107: 4. 5. 8. 9. Sicut enim Judæi illi, per multas afflictiones in regnum Dei introeuntes, *terra arida & sitienti*, Ps. 63: 2. 143: 6. ita consolatio & benedictio Spiritus S. *pluvia*, comparatur, 2. Sam. 23: 4. Ps. 72: 6. Hos. 6: 7. Opponitur hæc terra, benedictionis à Deo facta particeps, *terre anathemate percussa.* Mal. 4: 6. conf. Hebr. 6: 7. 8. Si quis tamen hic quoque de gentibus cogitandum putet, non admodum reluctor. Nam totus mundus erat *Christi hereditas*, & quidem *de lassata* oppressione Diaboli. Quem ipse refecit *liberali pluvia* benedictionis evangelii. Quod, post destructam Hierosolymam, copiosius quam antè

antè prædicatum est inter gentès. Matth. 22: 7. 9. Siquidem *pluvia* etiam emblemata est, ut diximus, evangelii, d. Jes. 55: 10. Deut. 32: 2.

§. II. 2. Fructum afflictionis innuit, cum dicit, *Animalia tua habitant in ea, quæ adornas per bonitatem tuam inopi, Deus.* Hic enim fructus afflictionis erat, quod Deus bonitate sua Ecclesiæ Hebræorum inopi & delassatæ, h. e. afflictæ & labore confectæ, ad explendum eorum famem, & ad reddendum eis pro labore & dolore mercedem, pararet & suppeditaret *animalia sua*, h. e. electos ex gentibus, à se vivificatos & Spiritu vitæ donatos, (hi enim hic appellantur *חיות* animal, collective, h. e. *animalia*, sicut Jes. 66: 11. *חיות*, ut sugatis & delitiemini ab animalibus gloria ejus, & Apoc. c. 4: 6. & 5: 9. *חיות* animalia per sanguinem Christi empta ex omni tribu & lingua & populo & natione) qui habitabant in ea hæreditate, h. e. qui, inter gentes mixti, & constantia martyrum magis quam prædicatione verbi Dei convicti, se nunc cum Hebræis conjungebant, & deinceps majore numero conjuncturi erant, facti domestici & cives sanctorum. Sic Petrus advenis dispersis promittit, fore ut, si, paululum in variis explorationibus tristitia affecti, &, nondum videntes licet attamen credentes, exsultassent, reportarent mercedem fidei, salutem animarum, h. e. gentium salutem de qua exquisierant Propheta qui de futura

tura in ipsos gratia prophetarant... I. Petr. 1: 6.
10. Si per hereditatem Dei mundum gentium
intelligimus, sensus est, in mundo illo, in-
ter gentes, habitasse electos ex gentibus, filios
Dei dispersos, Joh. 11: 52. quos Deus ador-
nabat inopi, h. e. Ecclesiae ex Judæis, & gen-
tibus conflatae afflictæque, destinabat & para-
bat.

§. 12. C. Tertia periodus delineatur vs.
12-14. Ubi est N. victoria Ecclesiae de hosti-
bus, & 2. ejusdem exploratio.

N. Victoria Ecclesiae, de hostibus repor-
tata, describitur vs. 12. 13. *Dominus dat di-
ctum: boni praconiatrices sunt exercitus multus.
Reges exercituum fugiunt, fugiunt, & habitans in
domo partitur spolia.* Vide hic a. promissionis
divinae complementum, b. exercitum armis
spiritualibus dimicantem, c. fugam regum
& d. spoliolum partitionem.

a. Complementum promissionis indica-
ri reor verbis, אָדָנִי יְתֵן-אֵמֶר *Dominus dat
dictum.* Nam, sicut verbum אָמַר dicere non-
nunquam usurpatur pro addicere, promittere,
ut Num. 23: 19. *Nunquid ille אָמַר diceret, h.
e. se facturum promitteret, & non faceret, h.
e. promissum praestaret?* 1. Reg. 18: 11. *Jes.
38: 15. quod ille לִי אָמַר mihi addixit, promi-
sit, praestitit, ita nomen אָמַר quandoque su-
mitur pro promissione, Ps. 77: 9. In אָמַר אָמַר
finitum est dictum, h. e. an quod Deus promisit*

in nihilum redactum est? Ps. 135: 2. *Celebrabo nomen tuum propter veritatem tuam, quia magnificasti supra omne nomen tuum אמרתך dictum tuum* h. e. promissionem tuam magnificè implesti, quod ante auditum non fuerat de te, quippe cognito quidem nomine *omnipotentis*, sed non nomine *Jehovæ*, veracis. conf. Job. 20: 29. &c. Hoc autem sensu אדני Dominus, qui, sicut omnium rerum, ita & promissionum suarum, *Basis* est, *dedit dictum*, cum, post afflictiones, per quas in regnum Dei introitur, promissionem regni sui in mundo exhibere cœpit.

§. 13. ♀. De exercitu Spiritualibus armis certante dicit, *boni prædicatrices sunt, exercitus multus*, h. e. nuntii evangelii, præcones boni, pacis, salutis, prodeunt, militantes armis, non carnalibus, sed divinitus validis, 2. Cor. 10: 4. *בהררי קדש armatura sanctuarii*. Ps. 110: 3. Refero hoc tum ad extrema Diocletiani & Maximiniani, cum per evangelii præconium irritus factus est Imperatorum de *deleto nomine Christiano* triumphus, tum in primis ad tempus Constantii Chlorig, per quem Christianis data est libertas Christum liberè profitendi, & evangelium fidenter prædicandi, in Gallia, Hispania & parte Britannia. Quamvis fœmininum singulare, apud Hebræos notandæ multitudini in serviat, ut Es. 40: 9. hic tamen vox *המבשרות annuntiatrices* indicare videtur in æqualitatem ad-

adversarum partium, quoad speciem exter-
nam (quandoquidem illic erat *exercitus mulie-
rum*, h. e. talium, qui erant debiles, infirmi
& ad patiendum comparati, nullis armis in-
structi, præterquam *praconio evangelii*: hic *re-
ges exercituum*, potestate regia & viribus bel-
licis suffulti) & simul veram illarum præ his
prærogativam, quia plures erant qui pro illis,
quam qui pro his militabant, 2. Reg. 6: 16. &
major erat, qui in illis, quam qui in mundo
erat. 1. Joh 4:4. Quare parata erat illis de mun-
do victoria. c. 5:4. Conf. Ps. 20: 8. 9. & 44:4-6.

§. 14. c. De fuga regum dicit. *Reges ex-
cercituum fugiunt*, nempe à conspectu illarum
præconiatricum, quamvis intercedente ter-
rore divinitus illato, cedentes veritati divi-
næ, divinæ que potentia succumbentes. Ge-
mina autem hic Imperatorum Romano genti-
lium fuga indicatur. Quæ contigit primùm
cum Diocletianus & Maximinianus dolore
moti, quod ea, quæ moliti erant adversus
Christianos in irritum cecidissent, illis quò
magis affligerentur eò magis auferentibus,
ad similitudinem Israelitarum in Ægypto,
Exod. 1: 10. 12. se imperio abdicarunt: Dein-
de cum devictis à Constantino M. tyrannis,
cæsoque Juliano apostata, Imperatores gen-
tiles in perpetuum defecerunt. *Fugere enim*
hic valet esse desinere, deficere, evanescere;
quomodo illucescente die fugiunt, h. e. eva-
nescunt, tenebræ. Confer Cant. 4: 6. *Do-
nec adspiraverit dies & fugerint umbra afflictio-*

nes, nec non Ps. 104:7. *Ex increpatione tua diffugerunt aquæ (gentes) à voce tonitruui tui accelerarunt fugam.* Utrobique enim ad idem tempus respicitur. Vide etiam Ps. 48:5-7.

§. 15. d. De partitione spoliiorum ait. *Et habitans in domo partitur spolia, h. e. Ecclesia, quæ habitabat in domo Dei, vide supr. v. 7, quamvis ipsa nihil ageret, sed confisteret & spectaret salutem Jehovæ, sicut Israel, Exod. 14, 13. 31. (Confer Ps. 11:3. cum retia destruebantur, justus quid fecit? ubi vide Coccejum) tamen partita est spolia, Confer 1. Sam. 30:24. seq. Spolia autem Ecclesiæ erant, tum captivi Satanæ, ex ejus laqueis & potestate liberati, gentiles conversi & magno numero confluentes ad Ecclesiam victricem, conf. Gen. 49:27, Jes. 53:12, Luc. 11:22. tum & templa gentilium eorumque reditus, quæ nunc, illis adempta, huic cedebant quasi in prædam.*

§. 15. c. Exploratio Ecclesiæ refertur v. 14. *Ubi jacetis inter strues apparent, aliæ columbæ obductæ argento, & cujus pennæ sunt cum flavedine auri, אֲפִיקִים dicuntur duo lapidum ordines, quibus imponitur ahenum, Ezech. 40:43, 24:3. Lapidés sunt emblemata induratarum gentium. Matth. 3:9. Luc. 19:40. Illo autem tempore erant duæ lapidum istiusmodi strues, quarum altera pristinae adhærebat idololatriæ, altera Christo se mendaciter sub-*

subjecerat. Ps. 66: 3. Inter has strues *jacebat* tum temporis Ecclesia Christiana, cum Deus fidem Christianorum, utrum ea sincera esset nec ne, exploraturus, & probos segregaturus ab hypocritis, sivit ut Ecclesia illa, quæ jam surrexisse videbatur, gravi tentatione deprimeretur. Qua durante locus erat illi monelæ, *Qui sibi videtur stare videat ne cadat.* 1. Cor. 10: 12. 13. Ea autem tentatio non erat persequutionum gentilium (quas Ecclesia jam evaserat, fugatis regibus exercituum) sed hæresium, ex ipso Ecclesiæ sinu suppullantium. *Has enim esse inter Christianos oportebat, ut oī dōxiμoi probi fierent manifesti.* 1. Cor. 11: 19. coll. c. 3: 12. 19. Quamvis & hæretici Orthodoxos exagitarent, atque hi, ab illis oppressi, quasi humi *jacerent.* Sed quis erat hujus explorationis eventus? Qui probi comperiebantur ac apparebant similes *columbe.* Cant. 5: 2. 12. 6: 9. Cujus *ala*, h. e. fides & charitas (vide Jes. 40: 31.) quibus apti nati erant tum ad effugiendum errores, tum ad erigendum se quasi in cælum, h. e. ad propagandum in mundo regnum Dei, erant argento obductæ, h. e. veræ & sinceræ deprehendebantur: & cujus *penna*, h. e. confessiones singulæ erant *cum flavedine auri*, quoniam hisce veritates divinas (quæ auri instar erant, profitebantur ac tuebantur adversus hæreticos, veluti Arrium & Macedonium, Deitatem Filii & Spiritus S. abnegantes, & Nestorium atque Eutichen, quo-

rum ille duas in Christo personas, hic unam in eo esse naturam, adfirmabat. &c.

§. 17. D. Quarta periodus describitur v. 15-18. Ubi occurrit apostasia & adolescens, & invalescens, & senescens.

N. Apostasiam adolescentem indicant verba v. 15. *Cum divideret omnipotens reges in illa, nempe hæreditate tua, nungebat in Tsalmone.* Cell. Coccejus *Divisionem regum* in hæreditate Dei explicat de extensione pomeriorum, Ecclesiæ per terras multorum regum ac principum, quos omnipotens cum integris populis admiserit in sortem sanctorum. Quia verbum *שָׁדַד* *dividere* etiam significat *expandere, diffundere, distribuere: Tsalmone* (qui erat mons prope Sichemum Jud. 9: 45.) explicat de Ecclesia, ad *imaginem Dei renovata: nivem de ἐπιχρῆσις Spiritus S. ex Jerem. 18: 14.* Notat tamen *hanc multiplicationem Ecclesiæ ad ejus oppressionem fecisse; quia in propagatione Ecclesiæ ei multi hypocritæ & falsi Christiani adjuncti sunt, qui superstitionem & peccata sua in Ecclesiam invenerunt, maxime tyrannidem & fornicationem spiritualem, quoniam animadvertibat hæc ad apostasiam saltem irrepen-tem, pertinere. Ego putem heic prospici ad tempus Imperatorum Honorii & Arcadii, quo tempore Deus *שָׁדַד* perditur, & tamen *יָד* sufficiens, perditurus eos, qui prophanitatem suam gentilem nomine Christi ementito tege-*

tegebant, & nihilominus *sufficiens* ad confer-
vandam Ecclesiam, & producendum ex malo
bonum, *divisit*, in hæreditate Filii sui *reges*,
efficiens sua providentia ut, diviso primum
inter filios Theodosii Honorium & Arca-
dium Romano imperio, impofterum divi-
sum esset Occidentis & Orientis imperium, &
simul in ea *expandit reges*, advocans reges
Barbaros, veluti Gothorum, Vandalorum,
Suevorum, & Alemannorum, Stilicone, Ar-
cadii tutore, eis ostium aperiente, in eam
hæreditatem, ad plectendum Bestiam & Pseu-
dopropheta, jam se in ea erigentem, se-
cundum Jes. 56:9. *Omnia animalia agri veni-
te ad comedendum omne animal in sylva.* *Tsalmo-*
nem autem accipio de Ecclesia Romana, ubi
vir ille, Episcopus Romanus, jam incipie-
bat *ambulare* 𐤀𐤋𐤁𐤁 *in imagine*, h. e. non in
veritate, sed in sola imagine, umbra, spectro
& *φαντάσματι*, cujusmodi sunt omnia bona
hujus seculi Ps. 39:7. *nivem* de multiplicatio-
ne cremoniarum, superstitionum & præce-
ptorum humanorum, quæ rationem quidem
habebant sapientiæ, sed nullius erant pretii.
Col. 2:23: Cujusmodi erant v. gr. cœlibatus
sacerdotum, usus imaginum historicus, in-
vocatio sanctorum, &c. *Nix* enim, quæ
hyeme cadit, emblema est cremoniarum &
figurarum legis multiplicium, quæ, usque
ad tempus correctionis impositæ, vere novo
Novi T. liquefactæ sunt: ut in Papatu, quasi

nova ingruente hyeme, iterum interpolatæ, atque postliminio in ecclesiam reductæ, vide Ps. 147: 17. Jes. 55: 10. Prov. 31: 21, &c.

§. 18. Apostasiam invalescentem ostendunt versus 16. & 17. ubi est regni Dei & regni Antichristi a. tum convenientia, b. tum disconvenientia.

a. Convenientia utriusque. *Mons Dei est mons Basan, mons fastigiorum, verticum, cacuminum, est mons Basan.* Belgæ hæc verba verterunt. *De Berg Basan is een Berg Godes, de Berg Basan is een bultige Berg,* quasi *mons Basan* in utroque colo esset subjectum, cum utrobique sit prædicatum. Subintelligendum est enim *2. sicut.* Coccejus existimat alludi ad hæreditatem Cananæam, quæ duabus partibus constabat, & inter alios duos habebat montes, montem Tsalmon & montem Basan, quorum ille cis Jordanem, hic ultra Jordanem, situs erat. Quod transfert ad Occidentem & Orientem. De Tsalmon, hoc est, de Occidente, dici vult, *in eo nixisse,* quod benedictionis signum putat: De Basane, h. e. de Oriente, illum quidem esse *montem Dei,* h. e. regnum Dei, sed etiam habere, *multa cacumina,* h. e. in ea parte se erigere varia nomina & varias potestates. Quod explicat de multis hæresibus, quæ in Oriente existerunt, deque imperiis Sarracenorum Turcarum, &c. *ἀλλοτριῶς.* Ego arbitror heic in hæ.

hæreditate Dei distingui duos montes, sibi
 invicem oppositos & contrarios, nempe,
montem Dei & montem cacuminum (qui antè, ob
 allegatam rationem, dictus erat *mons Isal-*
mon) h. e. regnum Dei & regnum Antichristi,
 veram Ecclesiam, & Ecclesiam sic dictam,
 Catholicam & Apostolicam, sed verè apofsta-
 ticam. In qua multa erant regna, regno
 Antichristi, sicut cacumina monti, inserta,
 quæ Apoc. 17: 9. 10, vocantur montes ac re-
 ges septem. *Septem capita Bestiæ septem montes*
sunt, super quas mulier sedet, & reges septem sunt.
 Sed quid quod de utroque idem prædicat,
 nempe utrumque esse *sicut montem Basan*?
 Nimirum, quamvis hi montes essent longe
 diversi, sibi que invicem oppositi, hoc ta-
 men habebant commune, quod essent *sicut*
mons Basan. Quo cum eos comparari arbi-
 tror, non tantum ratione pascuorum, quibus
 mons ille abundabat, vel *πίοντος pinguedinis*
 (ut censuerunt LXX, qui utrobique habent
ὄρος πίου mons pinguis) sed etiam ratione situs.
 Sicut enim *Basan* erat regio ultra Jordanem,
 quæ, rege Og devicto, ceciderat in sortem
 dimidiæ tribus Manassis. Quod erat initium
 hæreditatis Cananæ, non antè *ὅλης* univer-
 sim acquirendæ, quam Israelitæ trajecissent
 Jordanem. Ita hæreditas illa mundi, quam
 tempore Constantini M. acquisierant tum hy-
 pocritæ, quam fideles, erat tantum hæreditas
 inchoata, in qua pacem, tranquillitatem &

rerum omnium affluentiam omnes commu-
nem habebant, non antè consummanda, quam
Ecclesia transisset per vallem lethalis umbræ,
Pf. 23:4. per *fluvium iudicii*, per Apostasiam
intercedentem & consequentem reformatio-
nem. 2. Thes. 2: 2. 3. Cui apostasie ansam
dedit quod plerique, ex quo gentes colla sub-
diderunt Ecclesie, rati se jam adeptos esse re-
gnum Dei promissum, se jam superasse perfe-
ctiones & afflictiones omnes, & Ecclesiam
jam non posse amplius falli aut errare, incipe-
rent esse securi, & neglecta Scriptura, po-
testatem affectare, gulæque ac lucro servire.
Cum tantum abesset ut eo tempore occupas-
sent hæreditatem mundi, ut non daretur ad
eum aditus, nisi per fluvium illum iudicii, nec
introitus in vitam, nisi per mortem. 1. Tim. 2
21. Bina itaque hæc regna commune habe-
bant initium, & quoad externa Christianis-
mi, communem habebant omnium usum.
Utrumque descenderat ex ecclesia tempore
Constantini M. pacem nacta & pinguefacta,
suamque originem inde ducebat ac deriva-
bat: Utrumque etiam, sicut in initio unius
Papæ imperio Imperatoris, ita nunc unius
regimine, continebatur, eadem pace fruens,
conf. Jer. 29. 7. at primordia tantum regni
Dei videns. Quamvis quoad externa, in
diversum irent, mox in apertas inimicitias
eruptura.

§. 19. U. Utriusque disconvenientia. v.

17. *Quare saltatis (vel potius observatis, ob-*
fidetis, insidiamini) montes gibbosi? Eum mon-
tem, quem concupivit Deus ad inhabitandum,
etiam Jehova inhabitabit in perpetuum. Ver-
 bum צרר Arabice notat *adspicere, observare,*
obsidere, insidiari. Luc. 6: 7. ponitur pro παρα-
 τηρεῖν, Act. 12: 21, pro ἐπεδρεῖν. Quare R.
 Sal. תרצרו interpretatur *insidiamini, obser-*
vante Coccejo, Nomina אלהים Elohim &
 יהוה Jehova hic iterum distinguuntur, perin-
 de ut v. 11: 12. Prius de Christo dicitur, re-
 gnum suum occupante, posterius de Patre pro-
 missionem suam adimplente. Eo tempore,
 cum æqua videbatur montis Dei & montis il-
 lius gibbosi conditio, ingens tamen inter u-
 trumque intercedebat discrimen. Mons ille
 gibbosus, vel, uti Psaltes hic dicit, *montes*
gibbosi, invido oculo adspiciebant montem Dei
 h. e. Antichristi asectæ veram Ecclesiam ob-
 servabant & quasi obsidebant, eique strue-
 bant insidias: sed nequicquam. Quia mons
 ille futurus erat semper idem, secus atque illi.
 Nam, sicut Deus, h. e. Christus, regnum
 suum capessens, desideraverat in eo κατο-
 κείν *residere, seu habitare* per fidem perque
 Spiritum vitæ (quomodo nunc in eo habita-
 bat, Ephes. 3: 17. vivebat Gal. 2: 20. agebat
 Rom. 15: 18.) ita Jehova, Pater, habiturus
 erat in eo suam σκήνωσιν *habitationem* in per-
 petuum, 2. Cor. 6: 16, Apoc. 21: 3. conf. Joh.

14:23. *implens eum omni plenitudine Dei*, h. e. omnium promissionum suarum complemento omniumque virtutum suarum demonstratione. Eph. 3:19. Illi autem, sicut in habitatione Dei per fidem & Spiritum vitæ tunc carebant, vera fide & Spiritu S. destituti, ita in perpetuum carituri erant in habitatione Jehovæ, promissorum ejus exfortes. Etenim *mundus*, in quo nidulatur Antichristus, *preterit*, & *cupiditas ejus*, qui verò *præstat voluntatem Dei*, vera Ecclesia, *manet in æternum*. I. Joh. 2:17. Subinnuitur hoc eo tempore, montibus illis in sinuatum esse ac prænunciatum, ut scire possent irritas fore omnes suas contra montem Dei insidias & machinationes.

§. 20. 1. Ad apostasiam senescentem, & jam à multis impugnatam, refero verbum 18. *Currus Dei sunt myriades, millia duplicia. Dominus in eis Sinai in sanctitate.* Cohærent hæc cum verbis prioribus versus 17. Sensus est, vos montes gibbis frequentes, quid observatis montem Dei? quid in fidem electorum inquiritis? quid edictis vestris sanguinariis eis laqueos tenditis sicut eparchi Darii regis Danieli? Dan. 6:6. seqq. Non poteritis eis prævalere aut regni Dei progressum sufflaminare, nedum efficere ut mons ille Dei non perennet. Quia *currus ejus sunt due myriades, millia duplicata.* Intellego hoc non de angelis cœlestibus (qui heic usû non veniunt) sed de

de curribus populi Dei voluntariis, quibus anima
 Sponsi se imponebat. Cant. 6: 11. de nubibus
 testium veritatis, quas Dominus disposuerat in
 vehiculum suum. Ps. 104: 3. cum iis mundum
 peragraturus, seque multis populis & natio-
 nibus revelaturus, ringentibus adversariis.
 Et *myriades* quidem spectare arbitror ad Wal-
 denses & Albigenes, qui eodem tempore
 prodierunt, & quanquam revera distincti,
 ac dogmatibus etiam quibusdam dissidentes,
 in taxandis tamen, Ecclesie Romanae erro-
 ribus conspirabant. Nec illi tantum *in dies ma-
 gis magisque tam numero, quam puritate doctrinae
 crescebant*, uti Hornius ait, sed hi quoque *nu-
 merosos variis in locis habebant cœtus, præsertim
 in Gallia & Italia, ubi non tantum pullulabant, sed
 etiam sylvescebant*, uti loquitur Sigonius. U-
 trique, persecutionum atrocitate dispersi,
 & tanquam currus Dei, per Germaniam,
 Galliam, Bohemiam, Italiam, Croatiam,
 Bulgariam, Dalmatiam, devecti, semina ev-
 angelii ubique sparserant! ac regnum Dei
 longe lateque propagarunt. *Millia verò dus-
 plicata* retulerim ad Hussitas, distinctos in
 Taboritas & Calixtinos. Qui etiam, ab ad-
 versariis dira subinde passi, & in Poloniam,
 Silesiam, & regiones adjacentes, diffusi,
 fratrum Bohemorum nomine ad Reformatio-
 nē usque superstitarunt. In *medio illorum*, tan-
 quam ex Ægypto spirituali exeuntium, præ-
 sto erat *Adonai*, Dominus, qui ipsos acqui-
 siverat

ferat, & in peculium suum delegerat, perinde ut quondam in monte *Sinai*, rex & legislator *Sanctus*. Sicut enim in initio exitus Israelis ex *Ægypto* Dominus in illo monte fundamenta regni sui jecit, ferendo legem, qua populum suum regeret in terra promissa, ita in hoc quoque diluculo exitus populi Dei ex *Ægypto* spirituali, seu reformationis, Dominus promulgavit evangelium æternum, Apoc. 14: 6. cui se deinceps . tanquam legi libertatis, Jacob. 1: 25, submissura erat Ecclesia Reformata per confessionem. 2. Cor. 9: 13. in regno ejus.

§. 21. E. Quinta periodus adumbratur v. 19-28. Ubi est *N.* indicatio reformationis, *G.* gratiarum actio pro ea, *J.* certa de consummatione operis incepti persuasio, & *7.* commemoratio progressus reformationis.

N. Reformationem indicat Psaltes v. 19. *Adscendisti in altum, egisti prædam, accepisti dona in hominibus: atque etiam refractarios ad habitandum, Jah, Deus, vel ut habitent pulchritudinem Dei.* Interpretes hæc vulgo accipiunt de propria ac corporali adscensione Christi in cælum, auctorem equidem sequuti gravissimum, Apostolum Paulum. Qui Ephes. 4: 8-10. hæc verba interpretatur de *adscensione Christi longè supra omnes cælos, eò facta, ut impleret omnia.* Verum totus Psalmi tenor ejusque continuitas satis ostendit heic proprie non agi de adscensione Christi in cælum, sed pro

de Reformatione. Neque propterea periclitatur Apostoli auctoritas. Nam, præterquam quod ille d. l. intellectu prophetico (quem passim in epistolis literali sub esse reor) etiam ad tempus reformationis collinet, (ut alibi ad illum locum demonstravi) non est insolens Apostolos & Evangelistas allegare ad comprobationem alicujus prophetias rei, quæ proprie non vaticinantur de re illa ipsa, sed de re per illam significata tum ut iudicent rem illam esse typum ac figuram alterius rei, tum ut ostendant recte de antitypo argumentum duci ad comprobationem typi: quoniam typus fundatur in antitypo, & si rectè putes, typus & antitypus revera unum sunt, sicut umbra & corpus, ita ut alterum non possit ab altero divelli. Quod tunc præsertim usu venit cum ἀντίτυπον verbis à typo desumptis, uti hic, expressum est, quando typicus intellectus sub antitypico continetur. Sic v. gr. Christus ipse Matth. 8: 16. prophetiam Jes. c. 53: 9. (quæ proprie de infirmitatibus & morbis spiritualibus, earumque sanatione, loquitur) adplicat ad sanationes suas corporales, ut docent sanationes suas corporales, mysticè, ut oportet, intellectus, cum sensu prophetiæ concidere, adeoque hoc, quod illic dicitur à Propheta, impleri in sanationibus suis corporalibus, quæ figuris spiritualium, eas repræsentantibus. Similiter Apostolus prophetiam hanc, (quo
pro-

proprie de Reformatione loquitur, quanquam
 petita de adscensione Christi in cœlum simili-
 tudine) ad ipsum Christi in cœlum adscen-
 sum refert, tum ut significet, corporalem
 Christi in cœlum adscensum fuisse figuram ad-
 scensionis ejusdem spiritualis, per quam ipse
 deinceps in corpore suo mystico, Ecclesia,
 evehendus erat, non tantum supra cœlum
 hierarchiæ Judaicæ, sed etiam supra cœlum
 hierarchiæ Pontificiæ, tum ut fidem faciat se
 sensu prophetico eodem prospicere. Planè
corporis Christi è terra in cœlum elevatio figura
 erat elegantissima, tum futuræ transmigratio-
 nis Ecclesiæ Hebræorum è terra Judæorum
 in mundum gentium, tanquam è terra in
 cœlum, h. e. è statu terrestri in statam cœle-
 stem, è servitute elementorum mundi in li-
 bertatem regni cœlorum, tum & futuræ trans-
 migrationis Ecclesiæ Protestantium ex urbe
 illa magna, ubi Christus altera vice crucifi-
 gendus erat Apoc. 11:8. ex regno Antichristi,
 in regnum Dei, tanquam è terra in cœlum,
 cœlo hierarchiæ Antichristianæ superius. De
 qua postrema transmigratio exaudiendus
 est Psalter Pf. 57:6. 12. ubi iterato dicit. *Ex-
 altare supra cœlos, o Deus, super totam terram
 gloria tua*, h. e. Adscende quasi è terra in cœ-
 lum tempore reformationis (nam v. 5. loquu-
 tus erat de Antichristo, ejusque satellitibus,
 atque iterum tempore postremo. Quas ad-
 scensiones Christi in unum contrahit Apo-
 sto

Apostolus I. Tim. 3: 16. dicens, *Deus... prædicatus est gentibus, creditus in mundo Antichristiano, assumptus in gloriam, tempore Reformationis tum inchoatæ tum consummatæ. Johannes quoque Apoc. 11: 11. 12. de Reformatione Ecclesiæ æturus eam describit emblemate duorum testium, è mortuis suscitatorum, & in cælum assumptorum, petito simili à suscitatione & assumptione Christi, cui suppar futura erat Reformatio.*

§. 22. Spiritus itaque aut fideles per Spiritum loquentes, cum montibus gibbosis, h. e. regnis, populis, diœcesibus Antichristianis frustra congressi, hic per apostrophem Christum compellant, ac profitentur ipsum, sicut sub Papatu humiliatus fuerat, ita nunc in reformatione exaltatum esse in corpore suo mystico; q. d. *Quemadmodum in illo corpore tuo descenderas prius in inferiores terræ partes, d. Eph. 4: 9. h. e. in portas sepulchri, quæ tibi tamen, h. e. Ecclesiæ tuæ, prævalere non potuerunt, neque eam in potestate mortis retinere, Matth. 16: 18. ita nunc è terra, h. e. è regno Antichristi terreno sublatus, adscendisti eis vsq; in altum, in cælum, h. e. in regnum cælorum evectus longe supra omnes cælos, d. Eph. 4: 8. 10. h. e. non tantum supra hierarchiam Judaicam, sed etiam supra hierarchiam Antichristianam, ut qui thronum habes, non ut montes illi adversarii opinantur, in terra, sive Hierosolymæ,*
 II. Fascicul, C sive

five Romæ, ubi per Deos dicitur, aut per
 tuum in terris vicarium, regnes, sed in cælo
 regni cælorum: Apoc. 7: 15. &c. *egisti præ-*
dam, vel captivam abduxisti captivitatem, h. e.
inimico, Satanæ, Antichristo, ademisti spo-
lia sua, seu eos, quos captivos tenebat, quem-
admodum Satanæ sua spolia abstuleras tum
primo tempore Novi T. . Es. 49: 24. 25. Luc.
11: 22. Zach. 9: 11. tum & tempore Constan-
tini M. supr. v. 13. & accepisti dona in homi-
nibus, LXX ἐλάβες δόματα ἐν ἀνθρώποις (pro
quo Apostolus d. Eph. 4: 8: habet ἔδωκε δό-
ματα τοῖς ἀνθρώποις, q. d. accepit dona, que
daret hominibus) h. e. accepisti in Ecclesia Re-
formata dona ministerii ad ædificationem il-
lius Ecclesiæ, sicut ea antè acceperas in Ec-
clesia primitiva: d. Eph. 4: 11. 12. etiam
קִרְרִים rebelles, refractarios. (non eos, de
quibus v. 7. Sed eis similes, Antichristi ser-
vos) factos ex rebellibus obedientes, ut ha-
bitent pulchritudinem Dei, h. e. ut decentiam
tuum jugiter contemplantur, & in luce fa-
ciei tuæ ambulent, Ps. 89: 16, nisi mavelis,
ad habitandum, Jah, Deus.

§. 23. 2. Gratiarum actio pro illa Refor-
 matione habetur v. 20. 21. *Benedictus sit Do-*
minus, qui quotidie bajulat nos, vel accongerit
in nos. Omnipotens est salus nostra, Selah!
Deus omnipotens noster est: Deus ad salvandum,
& Jehova Dominus habet exitus mortis. Eccle-
sia Reformata Deum oratione, hac eucharis-
 tica

stica celebrat propter beneficia præterita, præ-
 sentia, & futura. De præteritis loquitur,
 cum dicit, *Benedictus sit Adonai, Dominus, qui*
ד' ד' quotidie nos sibi imponit, ut bajulet nos,
 h. e. qui, ut basis nostra, nos & antè refor-
 mationem, & in ipsa reformatione, bajula-
 vit, cum nos pedetentim eduxit ex Ægypto
 spirituali. & uti est Hof. 6:2. *vite nos resti-*
zuit post biduum, die tertio excitavit nos, attol-
lens nos & ferens, sicut olim Israelem, quasi
alis aquilarum, atque ad se deducens, Exod.
19: 4. vel, ut est Deut. 1: 31. portans nos,
quemadmodum portat quis Filium suum, atque
 ita nos protegens, ne quis nobis vel posset vel
 auderet nocere. Aut, si mavis, qui nos u-
 troque tempore *cumulavit bonis suis,*
 sine quibus reformatio non potuisset felices
 habere successus. De præsentibus beneficiis
 dicit, *Omnipotens est salus nostra, Selab: Deus*
omnipotens noster est, h. e. Deus qui mortuos
 vivificat (nam ל'N significat τὸν δυνάμενον σώ-
 ζειν ἐκ θανάτου eum, qui potest servare è morte
 Hebr. 5. 7. vel τὸν ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυ-
 νατὸν potentia præditum suscitandi è mortuis, C.
 11: 9. Ita enim nomen illud dictis locis ex-
 plicatur. conf. Rom. 4: 17. 2. Cor. 1: 9.) qui,
 habens claves mortis & sepulchri, nos è po-
 testate Mortis & sepulchri, seductionis & ty-
 rannidis Antichristianæ liberavit, & è portis
 inferni eduxit, is in præsentia quoque *salus*
nostra, h. e. Salvator noster, est, liberans nos
 ab inimicis nostris (nam *salus* hic notat σωτη-

ῥίαν ἐξ ἐχθρῶν salutem ex inimicis, Luc. 1: 71.
 dum v, gr. nunc post factam divisionem
 inter longinquos & propinquos, h. e. inter
 Pontificios & Reformatos, quorum hi
 ad Deum accedunt, illi ab eo recedunt, illos
 his inimicos, ita cōercet, ut his pacem con-
 cedere & metu persequutionis exsolvere, suis
 licet ingratis, cogantur, secundum illud
*Jes. 57: 19. Pax pax è longinquo & propinquo,
 dixit Dominus, & sanabo illum.* Qua præsen-
 ti salvatione Ecclesia Reformata ita in fide
 confirmatur, ut dicat, *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ Deus ille omni-
 potens noster est. q. d. Deus nobis est receptus &
 robur, auxilium in angustiis promptum valde, Deus
 est in medio nostri, Jehova Deus exercituum no-
 biscum est, uti est Ps. 46: 2, 6. 8. Si autem
 Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8: 31.*
 Unde spem concipit de futura quoque salva-
 tione, & quidem omnimoda, cum addit,
*Deus ad salutes, vel salvationes, h. e. potens
 ad salvandum nos etiam deinceps ab omni-
 bus inimicis. q. d. Is, qui, ut Deus verè po-
 tens, nos & antè eripuit, & nunc eripit, eti-
 am eripiet nos imposterum ab omni opere
 malo, servabitque regno suo cœlesti. 2. Tim.
 4: 18. Quo respexisse videtur Apostolus,
 cum 2. Cor. 1: 9, dicit, *Ipsi apud nos decretum
 mortis habuimus, ne consideremus in nobis ipsis,
 sed in Deo suscitante mortuos, (quæ est, ut dixi,
 explicatio τῆς ἰσχύος) qui ex tanta morte nos eri-
 puit, & eripit & in quo speramus nos adhuc etiam
 ereptum iri, nempe ab omnibus inimicis.**

§. 24. Quod autem eadem Ecclesia sub-
 jungit, *Et Jehova Dominus habet exitus mortis,*
 demonstrat spem ejus de abolitione etiam
 ultimi hostis, nempe Mortis, non proprie
 tantum sic dictæ, sed etiam figuratè, secun-
 dum promissionem *Jes. 25: 8. Abolebit Domi-
 nus mortem etiam atque etiam, & delebit Domi-
 nus Deus lachrymam ab omni facie.* Quo re-
 spicit Johannes *Apoc. 21: 4.* cum dicit, *Et
 abstersurus est Deus omnem lachrymam ab oculis
 eorum, & Mors amplius non exstabit,* illa vide-
 licet quæ una cum sepulchro conjicietur in
 stagnum ignis. *c. 20: 14.* Quod de morte, sic
 propriè dicta: non potest intelligi. Quam
 quoque promissionem iterat Deus *Hosæ, c.
 13: 14.* inquit, *E potestate sepulchri redimam
 eos, à Morte vindicabo eos. Ubi sunt pestes tuæ,
 ô Mors? ubi exitium, ô sepulchrum?* Quò respi-
 cit Paulus *I. Cor. 15: 54, 55.* cum dicit, *Absor-
 pta est Mors ad victoriam, ubi tua, ô Mors, vi-
 ctoria? ubi tuus, ô sepulchrum, aculeus.* Ubi
 sensu quidem literali loquitur de morte, pro-
 priè dicta, ut sensu prophetico eandem Mor-
 tem ob oculos habet, qua de loquutus erat
 Propheta, nempe Mortem, sic figuratè di-
 ctam, ultimum Ecclesiæ hostem, Antichri-
 stianam seductionem. Prævidet igitur
 Ecclesia fore, ut Mors illa (quæ in Reforma-
 tione nondum prorsus erat abolita) post re-
 formationem iterum invalesceret, & Eccle-
 siam Reformatam tantum non in suam redi-

geret ditionem. Attamen sperat etiam fore ut Deus, tanquam *Adonai*, Dominus, eam sustineret & exitum ei daret. 1. Cor. 10: 13. Morte abolita & Ecclesia supra Mortem educta, Ps. 48: 15. utque ille, tanquam *Jehova*, omnes suas promissiones adimpleret, regno in omnia occupato. Quam spem in sequentibus manifestè profitetur.

§. 25. J. Certa de confirmatione operis in cœpti persuasio existat v. 22-24. *Profecto deprimet Deus caput inimicorum suorum, verticem pilosum, qui pergit in reatibus suis (dixit Dominus ex Basane reducam ex profundis maris) ut altè deprimas pedem tuum in sanguinem, linguam canum tuorum ex inimicis, ex illo.* Cel. Coccejus hæc verba accipit ut orationem pro consummatione operis incepti, vertens ea, *Tantum modo deprimat Deus caput...* Sed cum oratione ejusmodi non satis videtur cohærerere nec sequens apostrophe, *ut deprimas pedem*, nec intermedia parenthesis; *dixit Dominus...* Ego itaque heic potius confidero Ecclesiam, non ut spem suam in orationem convertentem, sed ut, quod sperabat, tum firmiter sibi pollicentem ac si illud jam oculis suis cerneret. Habent autem hæc verba a. certitudinem perditionis Antichristi, b. promissionem Dei insertam, & c. perditionis illius finem.

a. De certitudine perditionis Antichristi dicit, *certè Deus deprimet, vulnerabit, &*

quasi uno ictu *desliget, caput inimicorum suorum, caput super terram amplam* Ps. 110: 6. *caput circumdantium Ecclesiam, Ps. 140: 10.* h. e. Antichristum, caput iterum exferentem, & se iterum impudenter pro *capite* totius Ecclesie gerentem, sed subito, tanquam *caput inimicorum Dei, profigandum, verticem pilosum, seu comatum, qui pergit in reatibus suis, h. e. eum qui se non tantum supremum jactat in Ecclesia, sed etiam se effert gloriaturque in multitudine suorum sectatorum suarumque copiarum, quæ ab ipso, tanquam capilli à capite, dependent; quique propterea confidenter & intrepide pergit in suis reatibus, nihil mali metuens, & cum animo suo dicens, Non nutabo: in etatem & etatem erit, qui non est in malo. Ps. 10: 6. Quod postremum addit Psalterium quia Babylon eo tempore repente peribit, cum in corde suo gloriabunda dicet, sedeo regina, nec sum vidua, nec luctum videbo propter orbitatem, q. d. Sum vertex pilosus, Apoc. 18: 7. (tunc enim una die, quin una hora, plage ejus venient. ibid. v. 8: 10.) tum quia Antichristus eodem caractere insignitus, & tempus lapsus ejus eodem signo definitum, erat à Mose, Deut. 32: 41. 42. Reddam hostibus meis & osoribus meis retaliabo. Inebriabo tela mea sanguine, sanguine exanimati & captivitatis, à capite casarierum inimici.*

§. 26. b. Promissio Dei parenthesi inserta (*Dixit Dominus, Ex Basane reducam, reducam ex profundo maris*) huc facit, ut intelligamus 1. cum ultione, quam Deus de inimicis suis, & de eorum capite, Antichristo, sumet, conjunctum iri conversionem multorum tum ex Papatu, tum ex gentibus, 2. gaudium, quod Ecclesia ex ultione illa percipiet, non fore *ἐπιχαρην* letitiam ex illorum malo, seu calamitate, natam, sed letitiam profectam ex bono, h. e. multorum salute, quæ ei succedet. Loquitur autem Ecclesia de *reductione*, ac *reditu*, duplici, qui lapsum Antichristi totalem illicò consequetur, uno *ex Basane*, altero *ex profundis maris*. Per *Basanem* heic intelligo populum, Antichristo hactenus obnoxium, quem antè vocaverat *montem fastigiorum*. Nam *mons fastigiorum est mons Basan*, dictum erat v. 16. Ex hoc populo, fastigia illa, h. e. plures regiones ditionis Antichristianæ incolentes, reducturus non ex odio veritatis, nec ex amore mendacii, sed ex errore & ignorantia, quod profunditates Satanæ perspectas non haberent, Apoc. 2: 24: quique adeò eadem conditione erant, qua fuerat Ecclesia ante reformationem in Babylone captiva. Nam & *mons Sion*, h. e. Ecclesia illa, *erat Basan*, d. v. 16. quoniam adhuc versabatur in initiis regni Dei, in hæreditate mundi inchoata. Sed præter hos alios quoque *reducturus* erat Deus

ex profundo maris, h. e. ex mediis gentibus. Intellego hic electos omnes qui inter populos Orientales in imperio Ottomannico degunt, veluti Ecclesie Græcæ reliquias. Sic futurum est, ut Deus electos omnes in Occidente & oriente recolligat, qui vel conspecto, vel audito, horrendo illo in Antichristum iudicio, timore perculsi, confugient ad asylum Ecclesie. Quod etiam promiserat Deus, non quidem his ipsis verbis, sed aliis *ισοδυναμους* equipollentibus, veluti cum dicit Zach. 10: 10. *Reducam eos ex Ægypto, colligam eos ex Assyria*, & Hof. 11: 11. *Trepidi accurrent ut avicula ex Ægypto & ut columba è terra Assyria*. Adde Jes. 19: 24. 25. *Illo die fiet Israel tertia Ægyptio & Assyrio* (h. e. Ægyptii & Assyrii, Pontificii & Mahumedani, jungenter Ecclesie) *benedictio in tota terra*. Sed quid si *profundo maris* etiam latius accepto, sub his, qui inde reducendi sunt, comprehendamus tum Judæos, inter omnes gentes, & in primis in imperio illo Ottomannico, dispersos, tum & electos ex omnibus gentibus etiam longinquis, quæ famam Christi nondum audierant? Nam & horum conversio erit sequela iudicii in Antichristum exerciti, secundum illud Apoc. 15: 4. *Quis non metuet te Domine, & glorificabit nomen tuum? nam solus sanctus es. Nam omnes gentes venient & adorabunt in conspectu tuo; nam iudicia tua facta sunt manifesta, & Ap. 20: v. 11. 13. ubi, ex quo à con-*

specu ejus, qui thronum illum magnum & candidum insederat, fugerat terra & cælum, h. e. Ecclesia & hierarchia Pontificia, reddidit Mare mortuos, quos habebat, Mors quoque & Infernus reddiderunt mortuos, quos habebant. Qui mortui prodibunt vel ad resurrectionem vitæ, vel ad resurrectionem condemnationis. d. v. 12. 13. coll. Joh. 5:28. vide etiam Apoc. 19:1, 2. 6.

§ 27. c. *Perditionis illius finis hic est, ut fideles altè deprimant pedem suum in sanguinem, linguam canum suorum in sanguinem ex inimicis, ex illo nempe capite. Confer Psal. 58: 11. Latabitur justus, cum ultionem videbit, vestigia sua lavabit sanguine improbi; & Ps. 97: 8. Cum Deus inveniet in Babylone sanguinem omnium, qui mactati sunt in terra. (Apoc. 18: 24. coll. c. 6: 10. 11. 16: 6. 17: 6.) h. e. cum vindicabit sanguinem servorum suorum ex manu ejus, c. 19: 2. tunc sanguinem ejus & sanguinem capitis ejus effundet. vide d. Deut. 32: 41. 42. & Apoc. 14: 20. Nam si quis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Apoc. 13: 10. Nexus enim versus 24. cum versu 22. hic est. Deus ita verberavit caput inimicorum suorum, verticem illum comatum, & illos qui ei adhærent, ut sanguis ex inimicis illis, & ex illo vertice, largiter fluat, adeo ut fideles pedes suos possint in eo demergere & lavare, utque canes eorum illum possint lambere. Ex d. Ps. 58: 11. patet immergere pedes in sanguinem non tan-*

tantum significare conculcationem, tunc futuram cum inimici Ecclesiæ pedibus ejus supponentur, vide Jes. 26: 6. Mich. 7: 10. coll. Ps. 83: 11. sed etiam lotionem. *Lotura pedum* indicat puram castamque ambulationem seu conversationem, cum metu & reverentia, quam efficient illa Dei judicia. d. Apoc. 15: 4. conf. Joh. 13: 10. At *sanguinem lambere*, quod proprie canum est. 1. Reg. 22: 38. non tantum significat sanguine illo delectari, quatenus videlicet illius effusio vel manifestandæ Dei justitiæ, vel paci & securitati Ecclesiæ stabiliendæ, inservit, sed etiam judicia illa Dei celebrare, dicendo, *justus es Jehova, & rectus in judiciis tuis*, Ps. 119: 137. vel *Etiã Domine Deus omnipotens, vera sunt & justa judicia tua*. Apoc. 16: 7. 19: 2. eaque aliis annuntiare. Per *canes* enim fidelium, nempe quibus illi gregum suorum custodiam committent, Job. 30: 1. intelligendi sunt צופים, *speculatores*, excubitores, qui excubias agunt pro animabus, Hebr. 13: 17, latrantes cum veniunt lupi, Jes. 56: 10.

§. 28. 7. Commemoratio progressus reformationis exstat v. 25-28. † Ubi est a. conspectus Christi advenientis, b. occurfus chori cum cantu & fidibus, c. ordo chori.

a. Conspectus Christi advenientis commemoratur v. 25. *Viderunt incessus tuos, ô Deus,*
in-

†. Vide præcipue in hanc pericopam Honoratissimi Collegæ mei Gerhardi von dem Busch perelegantem atque eruditam diss. de *incessu Dei in sanctuario* ex Ps. LXVIII 23-28. habitam Francqueræ 1707. 4. T. d. H.

incessus Dei mei, regis mei, in sanctuario. Introducitur hic chorus occurrentium Christo, tempore Reformationis adventanti, cum cantu & psalmis. De hoc choro dicit Ecclesia, quod *viderint incessus Dei sui; regis sui, in sanctuario*, h. e. quod animadverterint quantum itineris Christus, qui ad instar solis exorti, *alacer erat ad decurrendum iter suum*, Ps. 19: 6. jam erat emensus in regno suo, in Ecclesia Novi T. quæ est *sanctuarium Dei*: 2. Cor. 6: 16. 1. Tim. 3: 15. vel quod in Sacris Scripturis (nam hæ quoque *sanctuarium Dei* dici solent, Ps. 63: 3. *in sanctuario vidi te*, 73: 17. *donec intrarem in sanctuaria Dei*, 77: 14. *ô Deus, in sanctuario via tua est*) observaverint, quibus gradibus Christus venturus erat in regnum suum, & quos ille in eo propagando fecerat progressus, ac quomodo se Deum & regem Ecclesiæ ostenderit: Spiritu illic significante regnum istud non erigi uno momento, sed *χρόνους καὶ καίρων* temporibus & momentis compluribus, quæ Pater posuerat in sua ipsius potestate, h. e. quæ Pater in Scripturis definierat & quorum dispensandorum potestatem dederat Filio suo. Act. 1: 7. Quandoquidem Christus, qui *septem candelabra aurea* septem Novi T. temporibus pedibus suis erat *perambulaturus*, Apoc. 1: 12. 13. 15. 2: 1. ubi à Judæis ad gentes cum regno suo transmigasset, atque illic post multas luctationes victoriam de persecutoribus Ecclesiæ

clesiæ reportasset, eique pacem dedisset & tranquillitatem, pro sapientissimo consilio suo, iterum erat permissurus ut Antichristus in Ecclesiam ingressus, eam oppugnaret & vinceret, quo gloriosius ipse, post diuturnam veritatis oppressionem, prostrato tandem illius mendacio, se Deum & regem Ecclesiæ suæ ostenderet. Hi enim erant *incessus regis, incessus Dei Ecclesiæ in sanctuario, hæc via Dei*, Hof. 14: 10. *hæc itinera seculi*, Hab. 3: 6. *in sanctuario videnda*. Quæ videri non potuerant ante reformationem, propter tenebras Ægyptiacas orbi Christiano incumbentes, Apoc. 8: 12. ac propter fumum, qui impleverat templum Dei. Apoc. 15: 8.

§. 29. b. Occursus chori cum cantu & fidibus commemoratur v. 26. 27. *Occurrerunt Cantores post fidicines, inter puellas tympanistras, dicentes, In plenis cætibus benedicite Deo, Domino ex fonte Israelis.* Occursus huius chori coincidit cum occursum virginum prudentum, quem Iesus ipse præfagit Matt. 25: 6. *Media nocte clamor ortus est dicentium. Exite in occursum eius.* (Sponsi v. 1.) *Tunc surrexerunt omnes illæ virgines & adornarunt lampades suas.* Quarum tamen fatuæ, quæ ad venditores ibant emptum oleum, ne lampades suæ exstinguerentur, illi non occurrerunt, sed solæ prudentes, quibus oleum erat ad occursum eius sufficiens, h. e. soli fideles.
Hi

Hi itaque occurrerunt ei, adventanti ad ipsorum salutem & regni sui propagationem, *cantantes* canticum novum, confitentes cum lætitia evangelium æternum: idque *post fidentes*, h. e. sequuti martyres, qui veritatem confessione & morte sua confirmaverant, atque *inter puellas tympanistras*, h. e. illas, qui denuntiatione judiciorum Dei, Babylonii impendentium, tanquam efficaci sonitu, mundum percellebant, & dormientes excitabant, dicentes, *Excitare, qui dormis, & resurge ex mortuis...* Eph. 5: 14. (quæ verba sensu prophetico ad tempus Reformationis spectant) atque hærentes adhuc in Papatu invocabant, dicentes, *Fugite è medio Babylonis, & eripite quisque se ipsum, ne exscindamini in iniquitate ejus.* Jer. 51: 6. coll. Apoc. 18: 9. Qui *puelle* vocantur, quia *virgines* erant, h. e. se non polluerant cum meretrice illa Babylonia ejusque prostibulis. Apoc. 14: 4. Alludit Ecclesia ad Exod. c. 15. ubi virgines ex Ægypto exeuntes, cantabant canticum Mo-
 sis. Quemadmodum quoque, qui victoriam reportarunt à Bestia & imagine & caractere ejus dicuntur cantare *canticum Mo-
 sis & Agni.* Ap. 15: 3. Ipsum autem canticum existat v. 27. In *plenis cætibus*, in Ecclesiis, *benedicite Deo Domino, ex fonte Israelis.* Excitant omnes eos, qui erant *ex fonte Israelis*, h. e. qui, ceu vera Jacobi propago, precibus suis & lachry-
 mis Deum vicerant & homines, Hof. 12: 5,
 ad

ad *benedicendum Deo Domino*, qui ipsos virtute sua divina sustentaverat, quique & ipse erat *è fonte Israelis*, Deus & homo. Si- quidem verba hæc, *ex fonte Israelis*, tam ad *Deum Dominum*, quam ad omnes fideles pos- sunt referri.

§. 30. c. Ordo chori commemoratur v. 28. *Ibi erat Benjamin parvus, imperans eis, principes Judæ, purpura, vel potius lapis, eorum, principes Zebulon, principes Naphthali.* Indicatur hic ordo & progressus Reformatio- nis nominibus ab Israele petitis, in quo (ut Coccejus observat) primum regnavit Saul ex tribu Benjamin, ad paucitatem redacta, Jud. 19: 20, & minimatribuum Israelis, 1. Sam, 9: 21. deinde David ejusque soboles ex tribu Ju- da, deinde principes cæterarum tribuum e- tiam minimarum, ut Zebulon & Naphthali, in synedrium congregati, verum ego autu- mo, heic non agi de imperio regum aut prin- cipum in suos, sed de imperio victorum in hostes. Itaque per *Benjaminem parvum domi- nantem eis*, nempe inimicis, intelligo pri- mos Reformatores, veluti Lutherum, Me- lanchthonem, Zwinglium, Oecolampadium &c. qui sane parvi erant & imbecilles (quo spectat illud Apoc. 3: 8. *μικρὰν ἔχεις δύναμιν parvam habes vim*) quippe monachi despica- biles, & nihilominus magnos illos potentes- que, Papas & eorum præfules, vicerunt ac sibi subjecerunt, Deo eis utente, ut *Filio*, seu
 roba-

robore; *dextra sua*. Nam $\eta\eta\eta$ etiam significat *subjicere*. Vid, Jud. 5:13. Iel. 41: 2. ut $\kappa\alpha\tau\alpha\kappa\upsilon\rho\iota\sigma\sigma\acute{\epsilon}\upsilon\epsilon\upsilon$ Act. 19: 9. Per *principes Jude* $\eta\eta\eta$ (quod verto, non *purpuram*, h. e. *purpuratos*, *eorum*, sed *lapidem eorum*. Nam $\eta\eta$ est $\lambda\iota\theta\omicron\beta\omicron\lambda\epsilon\iota\nu$ *lapidibus obruere*. Lev. 24: 14. 16. Deut. 21. 21. &c.) intelligo *Reformatores*, qui, primos illos insequuti, reformationem promoverunt, veluti Calvinum, Bezam, alios. Hi enim, *Jehovam confitentes*, & errores Pontificiorum confutantes, eorumque $\beta\delta\epsilon\lambda\acute{\iota}\gamma\mu\alpha\lambda\alpha$ *facta abominabilia detestantes & execrantes*, eos, ut apostasia, à Deo vivo, manifestos, quasi lapidarunt, secundum Deut. 13: 10. Per *principes Zebulon & Naphthali* intelligo *Ecclesie Reformatæ* $\pi\rho\sigma\omicron\lambda\lambda\alpha\varsigma$ *duces patronos*, qui vel deinceps extorta à Pontificiis pace religionis, pacate *habitarunt*, & Christum per fidem in se *habitantem* habuerunt, ab oppressione Antichristi tuti, vel, cum Antichristus, resumptis viribus & rupta pace, Reformatos iterum vehementer oppugnabit, *luctabuntur* cum eo *luctationes Dei*. Confer Jud. 4: 10, 5: 18.

§. 31. F. Sexta periodus continetur versibus 29-31. pr. Ubi est precatio Ecclesie Reformatæ, quæ ea petit N. corroborationem, J. consummationem regni Dei, J. prævium in hostes iudicium,

N. Cor-

suas adstringit, q. d. si quid operatus es in nobis, stabilias, quod occœpisti, perficias, hic inde fructus resultabit, *reges offerent tibi munus*, h. e. tum populos suos, ut *Jes. 18:7. 66. 20.* tum omnem gloriam suam & honorem, inferent in novam Hierosolymam. *Apoc. 21:24. 26.* Confer *Pf. 72:10. 11. 76:17. Jes. 60:67. 66:20.* & quidem propter templum tuum in Hierosolyma, h. e. vel propter Dominum Deum omnipotentem & Agnum (qui erunt templum in nova illa Hierosolyma. d. *Apoc. 21:22. & c. 7:15.*) cum viderint gloriam ejus, vel propter Ecclesiam (nam & hæc templum est Dei vivi. *2. Cor. 6:16. 1. Tim. 3:15.*) cum viderint Deum mirificam reddidisse benignitatem suam erga eam, *Pf. 31:22.* eamque, tanquam templum suum, sua illustrasse præsentia, *Hab. 2:20.* atque ad omnem usque plenitudinem Dei implevisse. *Eph. 3:19.*

§. 33. 1. Prævium in hostes judicium, petit v. 31. pr. *Increpa bestiam arundineti, cœtum taurorum cum vitulis populorum, eum, qui sibi substernit fragmenta argenti, vel qui se ipsum substernit cum fragmentis argenti.* Reges enim non offerent Deo munus, antequam judicia ejus facta fuerint manifesta. d. *Apoc. 15:4. 19. 2.* Hostes autem ænigmatice describit 1. *bestiam*, h. e. bestias, *arundineti*, intelligens crocodilos Ægypti spiritualis, h. e. reges & principes, in imperio Antichristi, tanquam

quam in Nilo fluvio degentes, & in popu-
lis, constantibus in levitate & nil nisi terre-
stria curantibus, tanquam *in occulto arundinum*
& *cani*, cubantes, Job. 40: 16. coll. Jef. 19:
6. Ecclesiæ Reformatæ sua tyrannide & cru-
delitate terribiles. 2. *Cœtum taurorum cum*
vitulis populorum, intelligens satellites Anti-
christi, antistites, quos vocant, spirituales,
nempe tum cœtum Cardinalium, qui Papæ
semper est à consiliis & rebus gerendis, tum
episcoporum multitudinem, qui in suis qui-
que diœcesibus à populis adorantur, sicut vi-
tuli Danis & Bethelis ab Israele. conf. Ps. 22: 13.
Hof. 13: 2. 3. *Eum qui tibi substernit fragmen-*
ta argenti, vel *qui se ipsum substernit cum fra-*
gmentis argenti, hunc ipsum Antichristum, qui
vel frustulis argenti, h. e. laciniis verbi Dei,
virtutum simulacris, hypocrisi, malitiam
suam tegit, vel qui, cum muneribus rerum
pretiosissimarum, quas Deo quasi sacrificat,
se per hypocrisin, humiliter substernit &
quasi conculcandum præbet, nūcupans se ser-
vum servorum Dei. Confer Col. 2: 18. & vide
Prov. 6: 3. ubi verbum **הִתְרַפָּהוּ** de eo dicitur,
qui se ipsum humiliter prosternit coram alio. Ju-
diciū in hostes illos excercendum exprimit
verbo **רָעַף** *increpa*. *Increpare* autem non tan-
tum notat *objurgare*, sed etiam *coercere* & *ces-*
sare facere. Zach. 3: 12. vide Ps. 18: 16. 76: 7.
80: 17. ἀπὸ ἐπιτιμῆσεως τῆ προσώπῃ σου, ab in-

crepatione faciei tuae pereunt hostes, Ps. 104: 7.
 ἀπὸ ἐπιτιμῆσεώς σου ab increpatione tua diffugerunt aquae. Jes. 50: 2. increpatione mea exsicco mare, Matth. 8: 26. ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσῃ objurgavit ventos & mare, & facta est tranquillitas magna.

§. 34. G. Septima periodus incipit à d. v. 31. p. ult. & in finem Psalmi exit. Ubi est N. effectus precum, nempe ipsum in hostes iudicium, 2. fructus illius iudicii geminus, 3. glorificatio Dei.

N. Ipsum in hostes iudicium indicatur v. 31. p. ult. *Dispersit Deus populos, qui bellum cupiebant, q. d. Deus, precibus illis exauditis, secundum promissum Jes. 65: 21. Erit adhuc ipsis loquentibus, ut ego exaudiam, increpatione sua dispersit populos illos, regno Dei inimicos, qui Ecclesiae, pacem diligentibus continuo bellum intentant, Ps. 120: 7. 140: 3. deleta ipsorum metropoli, Roma, & abolita Papae Hierarchia. Quomodo olim deleta Hierosolyma, & abrogata Diis dictis potestate, dispersit Judaeos.*

§. 35. 2. Fructus iudicii illius sunt, a. conversio tum multorum ex Pontificiis, tum Judaeorum, & b. expectatio conversionis omnium gentium.

a. Conversio tum multorum ex Papatu, tum Judaeorum innuitur v. 32. *Veniunt Chasmanim ex Aegypto: Aethiopes accelerant manus suas Deo. Per Aegyptum intelligo regnum Antichri-*

tichristi, quod Ecclesiam tamdiu opprefferat. vide Apoc 11: 8. per *Chasmanim* (quæ forte est vox Ægyptia) intelligi videntur duces ac principes, Antichristo addicti. Verisimile est post iudicium illud in Antichristum exercitum, etiam principes aliquos, qui ei hæctenus fuerant obsequentes, cum populis suis ad Ecclesiam se recepturos. Horum ad Ecclesiam adventus respondet *reductioni ex Basane: quemadmodum Æthiopum adoratio, & regnorum terra cantus, reductioni ex profundo maris.* Per *Æthiopes* autem intelligi puto Judæos, qui non semel cum Æthiopibus comparantur Jer. 13: 23. Amos 9: 7. nunquam magis eo nomine digni, quam hoc tempore, cum diuturni inundatione iudicii loti licet, albescere tamen nesciverant. Hi, *absorpta specie illius veli obvelantis omnes populos*, h. e. amota hierarchia Pontificia cum omni specie sua, quæ hæctenus impedierat, quo minus ipsi conspici possent solem justitiæ & cælum regni Dei. Jes. 25: 7. celeriter venient, Christum adoraturi vel, ut est Hof. 3: 5. *reversi quærent Jehovam, & Davidem regem suum, & pavidi accedent ad Jehovam & ad bonitatem ejus.*

§. 36. b. Expectatio conversionis omnium gentium exprimitur per adhortationem omnium regnorum terræ ad celebrandum gloriam & gratiam Dei, v. 33-35. Ubi est a. excitatio eorum ad lætitiâ in Domino,

b. Domini descriptio, & c. iterata excitatio ad cognoscendum eum & celebrandum.

a. Excitatio regnorum terræ ad lætitiā in Domino, v. 33, *Regna terræ canite Deo, psallite Dominum, Selab.* Non accipio hoc de ipsa vocatione gentium per prædicationem evangelii (de hac enim agitur v. 34.) sed potius de fama tum lapsus Antichristi, tum conversionis Judæorum, jam ad gentes omnes delata, ceu tubā ultimā. Hac enim excitabuntur, ut Deo, Christo, jam in procinctu stanti ad suscipiendum expeditionem postremam & ad consummandum regnum suum, occurrant quasi cum cantu & fidibus, h. e. cum læta confessione nominis ejus, eique se per obedientiam fidei subjiciant. Nam *שיר* est *cantare voce*, *כנ* *fidibus psallere*. Conf. v. 5. ubi eadem verba occurrunt. Indicatur primo & postremo tempore similem fore excitationem ad occurrendum Christo, regnum suum ineunti. Quanquam prior excitatio futura erat in definita. *Cantate Deo, psallite nomen ejus*, posterior de Ænitate omnium regnorum mundi. *Regna terræ canite Deo, psallite Dominum.* Quoniam *sub tuba septima omnia mundi regna futura erant Domini & Christi ejus.* Apoc. 11: 15. Additur hic in medio periodi, *Selab!* forte quoniam inter famam illam iudicii in Antichristum exerciti & conversionis Judæorum, gentes omnes ad excipiendum Chri.

Christum regem excitantem, & inter ipsum expeditionem Christi ad regnum suum in omnes gentes capeffendum, intercedet silentium illud per semihoram, de quo Apoc. 8: 1.

§. 37. b. Descriptio Domini v. 34. *Qui vehitur in caelis caelorum antiquorum. Ecce edit vocem suam vocem validam.* Cohærent hæc cum superioribus. *Canite Deo, psallite Dominum!* Quemadmodum etiam v. 5. verbis, *Canite Deo, psallite nomen ejus!* illico subjungitur, *Aggerem facite ei, qui vehitur in deserto.* In initio N. T. *Christus vehebatur in deserto*, at sub finem ejus *vehetur in caelo caelorum*, vel potius *in caelum caelorum*. Siquidem præpositio ꝓ. cum verbis motum connotantibus conjuncta, etiam motum ad locum significat. Lev. 16: 22. Jud. 6: 35. 1. Reg. 11: 2. Intelligitur autem per hanc *invectionem Christi, in caelum caelorum* introitus ejus, quasi equestris, in omnia regna mundi, ad regnum suum consummandum, qui describitur Apoc. 19: 15. seq. sicut per *invectionem ejus in desertum* intelligebatur prima ejus ad gentes profectio, ad regnum suum inchoandum, quæ repræsentatur Apoc. 6: 2. Tres autem *caeli* memorantur 2. Petr. c. 3. Prius *caelum* fuit hierarchia Judaica (quæ illic describitur sub prisci mundi figura) alterum hierarchia Antichristiana, tertium est regnum Christi consummatum, cui *caelum* istud secundum conce-

det & locum faciet. Apoc. 20: 11. 21: 1. In hoc *cælum tertium* raptus est gentium Apostolus, cum ei per revelationem præmonstratus est status regni Christi consummati, vel salutis omnium gentium (qui erat Apostolatus ejus finis ultimus) sicut Mosi præmonstrati fuerant è monte Nebunte ultimi fines terræ Canaan, ad cujus introitum ipse deduxerat Israeiem. Cælum autem illud hic vocatur *cælum cælorum*: q. d. cælum cælis illis inferioribus superius (conf. 1. Reg. 8: 27.) atque constantius, & quidem *antiquum*, quia non tantum ab initio Novi T. præfinitum erat, d. Apoc. 11: 15. & Paulo, ut dixi, præmonstratum, 2. Cor. 12; 2. sed etiam inde à jacto mundi fundamento à Patre paratum, Matth. 25: 34. atque ipso Paradiso præfiguratum. Unde & regnum illud Christi consummatum *paradisus Dei* cluet d. 2. Cor. 12: 4. Apoc. 2: 7. coll. c. 22: 1. seq.

§. 38. Addit tuba hæc, *Ecce edit vocem suam, vocem validam!* Per *vocem* hanc intelligo vocem Filii Dei, h. e. prædicationem evangelii, conjunctam cum *voce valida*, quæ esset instar tonitruï, ut Joh 12: 28. 29. Pf. 46: 7. Quam ille vocem edidit emissis ad gentes Judæis conversis, tanquam *filii tonitruï*, quales fuerant olim Jacobus & Johannes, sic dicti, quod evangelium regni Dei essent prædicaturi, conjunctim cum terrore judicii in inobedientes, ut eos terrore Domini ad fidem addu-

adducerent, 2. Cor. 5: 11. & metu servarent. Jud. v. 23, Cujusmodi erat vox illa Baptistæ Joh. 3: 36. Confer Pl. 29: 3. *Vox Jehovæ est super aquas, Deus gloria tonuit, Jehova super aquas multas.* Ubi sermo est de prima prædicatione evangelii. De Judæis enim conversis & inter omnes gentes quasi disseminandis, vid. Es. 66: 19. coll. Hof. 2: 22. heic esse cogitandum patebit ex sequentibus, ubi illi veniunt appellatione *Israelis*.

§. 39. c. Excitatio eorundem (regnorum terræ) ad agnoscendum & celebrandum Dominum. *Date robur Deo, super Israelem est elatio, erectio, ejus, & robur ejus in caelo.* Excitantur omnia regna terræ, ut Deo dent robur, h. e. ut agnoscant robur ejus, quo ipse & Antichristum judicaverat, secundum illud, *una die venient plaga Babylonis, & igne exuretur, quia validus est Dominus, qui judicabit illam,* Apoc. 18: 8. & Judæos assumpserat, secundum illud, *Judæi si non permanserint in infidelitate inferentur iterum, potens enim est Deus eos inferere,* Rom. 11: 23. utque robustæ manui ejus se submittant, 1. Petr. 5: 6. neque robori ejus se opponant, cui resistere neutiquam possint. Sic Deut. 32: 1. *Date magnitudinem Deo, h. e. magnitudinem ejus agnoscite & confitemini,* Apoc. 14: 7. *Date gloriam Deo, c. 4: 9. 19: 7. &c.* Ducitur autem argumentum ad hoc eis persuadendum à Dei *elatione*, seu *μεγαλοπρεπεία* excellentia, qua se ostendit omnibus creaturis

turis superiorem, & thronum regni sui quasi conscendit, omnia regna sibi subiecturus, cum Judæos, hætenus contumaces, sibi subjecit, ut eorum opera gentes reliquas sibi subjiceret. In his enim ediderat Deus singulare exemplum tum justitiæ suæ, tum misericordiæ: Justitiæ in eorum abdicatione, misericordiæ in eorum reassumptione. Hoc enim valent verba, *supra Israelem est erectio, elevatio Dei.* Cum additur & *robur ejus in cælo*, respici reor ad vocem illam validam, de qua v. 34. quæ per Judæos, tanquam filios tonitruï, efficaciter tonabit, cooperante Spiritu S. Nam **קַנְוּ**, quod & *cælum* & *nubes superiores* notat, commodè ad Spiritum S. ac nuntios ejus, refertur. LXX. *ἡ δύναμις αὐτῶν ἐν τοῖς νεφέλαις.* Evangelium autem est *δύναμις Θεοῦ potentia Dei* ad salutem cuius crederenti, Rom. I: 16. & *nubes* emblema sunt præconum ejus, è quibus vox illa Dei audietur, Matth. 17: 5. & per quos, tanquam vehiculum suum, Ps. 104: 3. ipse in cælum illud cælorum regni sui consummati subvehetur. Conf. Act. 1: 9. 11.

§. 40. N. Denique glorificatio Dei Psalmum claudit v. 36. *Timendus est Deus ex sanctuariis tuis, ó Israel, Deus Israel dat robur & valorem populo. Benedictus sit Deus. Timendus est Deus ex sanctuariis tuis, ó Israel.* LXX *θεομασὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτῶν.* Sensus est, cum Deus olim ex sanctuariis tuis, è templo

Hierosolymitano, discederet, & ad gentes
 abiret, *terribilis* erat gentibus, propter justitiam,
 abjectis Judæis contumacibus demonstratam:
 sed nunc, cum ex vobis (in quibus habitat cum
 omnipotentia sua, tanquam **ל**
Deus, qui potest mortuos revocare in vitam, &
per quos stupenda operatur) velut ex sanctuario
 suo, seu templo suo, prodiens, ad gentes longin-
 quas proficiscitur, *timendus est*, propter bonitatem
 & gratiam, qua vos, condonatis peccatis vestris,
 iisque omnibus in profundissimum maris projectis,
 Mich. 7:18. 19. iterum assumpsit, secundum Ps. 130:4;
 (ubi de Israele reassumendo sermo est v.8.) *Domine,*
apud te est condonatio, ut timearis, & simul
admirandus, propter vias suas investigabiles
 veluti quod omnes in contumacia conclusit,
 ut omnium misereretur. Rom. 11: 32. 33.
Deus Israelis, ipse dat robur & valorem populo.
 Possunt hæc verba etiam ita verti. *Deus, o Israel,*
ipse dat robur & valorem populo. Si prius se-
 quimur, sensus est, Deus qui Israelem vitæ
 restituit, eisque se memorem fœderis sui, cum
 patribus eorum initi, ostendit Lev. 26: 42. dedit **וַיִּתֵּן**
*isti populo, non tantum **וַיִּתֵּן** robur invictum &*
omnia vincens, vires tum ad patiendum, tum ad
agendum cum efficacia, quibus, impedimentis
omnibus superatis, evangelium regni regnis omnibus
*prædicarent, sed etiam **וַיִּתֵּן** valorem, numerositatem, effi-*
 ciens

SUMMARIUM.

Quid hic sit διεγερθεὶς. Ἐγείρεσθαι notat *surgere*. Locus Matth. XXVI: 46. illustratur. Ἄγειν idem quod *ire*, proficisci. §. 1. Verba objurgandi apud Græcos, ἐπιμαῖν, ἐπιπλήττειν, ἐλέγχειν, μέμφοσθαι cum Dativo, licet non semper, solent jungi §. 2. Cum Christus fluctus maris sedat, divinam potentiam ostendit §. 3. Vis vocis πεφίμωσο, φῖμῶν. *Capistrum*, Capistrare §. 4. Capistrabantur jumenta. Locus 1. Cor. IX: 9. illustratur. §. 5. Recte illa vox quoque vertitur; *file*, *obmutescere*. Capistrum symbolum taciturnitatis. §. 6. Capistro utebantur tibicines §. 7. 8. 9. φορβεία, ἐπιστόμιον. Locus Ex. XXVIII: 32. explicatur. Βρογχῶλης, *Capitium*. §. 8. Cum venti sedantur, dicuntur *silere*. §. 10. Imperium in mare & ventos tribuebant gentiles Dīs suis, *Neptuno* §. 11. & *Aeolo* §. 12. Christus itaque hoc facto divinam potentiam ostendit §. 13. Quod recte agnoscit circumstantis turba, Verba Ps. CVII: 25. seqq. illustrantur §. 14. & 15.

Marc. IV: 39.

Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσῃ, Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἀνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

Et exproceratus objurgavit ventum, dixitque mari, file, obmutescere. Tum quievit ventus; factaque est tranquillitas magna.

§. 1.



Absque ulla difficultate verto illud καὶ διεγερθεὶς, ἢ *surgens*, vel *exsurgens*, uti alibi satis abunde demon-

monstravi, verbum ἐγείρεσθαι, sæpius in
 sumi a scriptoribus sacris, pro surgere, ut
 & verbum compositum διεγείρεσθαι, pro ex-
 surgere. Vide inter alia loca, etiam Marc. 2:
 9. 11. ubi, postquam Christus paralytico di-
 xerat, ἐγείραι, καὶ ἄρῶν σου τὸν κρῆσβατον, καὶ
 περιπατεῖ, surge, & tolle grabbatum tuum &
 ambula, statim versu 12. additur, καὶ ἠγέρθη
 ἐνδέξω, & statim surrexit. Sic etiam Matth.
 26: 46. dicit Christus ἐγείρεσθε, ἀγωμεν, sur-
 gite, eamus, ubi & hoc in transitu notandum,
 quod ἀγωμεν neutraliter sit accipiendum, pro
 βῶμεν, eamus, nisi ἐκκειμένως hoc dictum
 malimus, subintellecto accusativo ἡμᾶς, qua-
 si, ducamus nos; fere ut Virgilius Æn. 8: 465
 loquitur, Nec minus Aeneas se matutinus age-
 bat, i. e. mane ibat. At ἀγεῖν non raro sumit-
 tur pro βαίνειν, aut πορεύεσθαι, aut πορεύεσθαι, i. e.
 vadere, proficisci, ut Budæus notat, vide &
 Matth. 26: 46. & Joh. 11: 15. 16. Quamvis
 ergo multi hoc participium διεγέρθεῖς vertant
 experrectus, quia vs. 38, dictum est, καὶ διεγέρ-
 θησιν αὐτὸν, & expergesciant eum, vel & exor-
 tant eum, nil obstat, quare hic jam dicimus
 & exsurgens, quia hoc verbum διεγείρεσθαι, si
 sæpiissime sumitur, vide etiam Joh. 6: 18. Hinc
 interpretes Belgæ hoc loco quidem dicunt
 ende hy opgewekt synde, at Matth. 8: 26. τὸ
 ἐγέρθεῖς, vertunt, doe stondt hy op, tunc sur-
 gebat, sic etiam Luc. 8: 24. ὁ δὲ ἐγέρθεῖς re-
 dunt, ende hy opgestaan Zynde, & surgen

Vide porro hoc verbum ita usurpatum Matth. 27:63. & 9:19. 12:42. 17:7. 25:7. 28:6. Luc. 13:25. Joh. 13:4. & alibi.

§. 2. *Exsurgens* igitur Iesus Christus, dicit Evangelista, ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, *objurgavit ventum, vel comminatus est vento*, ut verba reprehendendi cum dativo vulgo, quamvis non semper construuntur, apud Græcos, ut ex Isocrate patet, cum dicit, ἐπιτιμᾶν τοῖς ἀμαρτανόμενοις, *peccata & vita reprehendere*, ad Nicocl. pag. m. 39. sic de pace, pag. m. 346. ἐπιτιμᾶν τοῖς γιγνομένοις, *reprehendere ea, quæ sunt*. Et τοῖς ἀμαρτάνουσιν ἐρῶμένως ἐπιτιμᾶν δεῖ *delinquentes severe objurgandi sunt*. Sic etiam apud Aristotelem, τοῖς μὲν διὰ φύσιν ἀίχμοις οὐδεὶς ἐπιτιμᾶ, *deformitates, a natura tributas, nemo reprehendit*. *Ethic lib. 3.* Quamvis & apud Demosthenem in orat. pro Corona cum Accusativo junctum inveniatur, cum ait, ἀλλὰ τί τὰυτὰ ἐπιτιμῶ, *sed quid hæc reprehendo?* Et sic cum accusativo rei & dativo personæ occurrit apud Aristotelem, καλῶς ἐπιτιμῶσι καὶ τοῦτο Σωκράτει ἴνες, *i. e. hoc recte in Socrate reprehendunt nonnulli*. Sic apud Isocratem de permutat. Φυλακίεον ἐστίν, ὅπως μηδὲ, ἀ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐπιτιμήσαιμεν, τοῦτοις φαίνόμεθα προσπιπλοῦτες, *i. e. cavendum est, ne eadem committere videamur, quæ in aliis reprehendimus*. In Novo Test. verbum ἐπιτιμᾶν nusquam aliter, quam cum dativo, occurrit. Et sic cum Dativo etiam construitur verbum ἐπιπλήττειν,
ob.

objurgare, reprehendere, tam in Novo Test.
 quam apud alios auctores græcos; sic 1. Tim.
 5: 1. πρεσβυτέρω μὴ ἐπιπλέξης, *seniorem ne in-*
crepato, sic apud Isocratem, θυμουμένοις μὲν
 φίλοις εἰκεῖν δεῖ, πρὸς αὐμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλή-
 λειν, i. e. *iratis amicis cedendum est, ubi vero*
ira deserbuit, reprehendendi sunt. Sic apud eun-
 dem in orat. de pace legitur, ἐπιπλήθειν τοῦ
 ἔργου, *facta reprehendere.* Sic apud Ælianum
 var. hist. lib. 3. cap. 19. & lib. 9. cap. 27. & lib.
 14: 10. quamvis etiam cum accusativo legatur
 apud Demosthenem ἐπιπλήθειν ταῦτα, re-
 prehendebam ista. At verbum ἐλέγχειν, pro
 reprehendere, semper cum accusativo con-
 struitur, ut Matth. 18: 15. ἐλέγξον αὐτόν, *ar-*
gue illum, sic 1. Tim. 1: 20. Tit. 1: 13. Et
 sic etiam apud Herodianum, ἐλέγχει ἀλήθειαν
 ἀμαρτημάτων, *arguit veritatem delicti.* lib. 2.
 cap. 9. com. 5. & lib. 7. cap. 1. com. 15. ἐλέγχει
 δειλίαν τινός, *coarguere metum alicujus.* Porro
 reprehendere Græci etiam dicunt verbo μέμψαι
 σθαι, eodem modo ut ἐπιτιμᾶν, nam quod
 Demosthenes uno loco exprimit, εἰκοτως ἐπι-
 τιμᾶν τινί, *merito reprehendere aliquem*, hoc alio
 loco dicit, δικαίως μέμψασθαι τισί, *jure repre-*
hendere aliquos. Et sic hoc verbum μέμψασθαι
 construitur aliquando cum Dativo, aliquan-
 do etiam cum accusativo, ut apud Demosthe-
 nem, μέμφομαι σοι, *te reprehendo*, & apud
 Xenophontem, & Isocratem etiam cum Ac-
 cusativo reperitur, uti & καταμέμψασθαι τα

παρεληλυθότα, *præterita reprehendere. &c.*, adeo ut generatim non verum sit, verba reprehendendi regere dativum, uti vulgò Grammatici loquuntur, quia quædam etiam cum accusativo construuntur.

§. 3. Marcus hic dicit, quod Christus ἐπετίμησεν τῷ ἀνέμῳ, *objurgavit ventum*, quod alii exponunt per ἐνετείλατο, *imperavit*. Erasmus ait, *increpavit*. Et videtur uti hoc verbo ἐπετίμησεν, Spiritus Sanctus, quia hic agitur de inhibenda maris tempestate, quod vis vi objici & opponi videatur, uti Beza observat. Lucas ait, quod ἐπετίμησεν τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος, *objurgavit ventum & fluctuationem aquæ*, Luc. 8: 24. & Matthæus refert quod ἐπετίμησεν τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσῃ, *objurgavit ventos & mare*, Matth. 8: 26. Verum hæc Marcus sic porro narrat, nempe καὶ εἶπε τῇ θαλάσῃ, σιώπα, πεφίμωσο, i. e. *& dixit (Jesus) mari, sile, obmutesce*. Quot verba, tot pondera, totque argumenta divinæ Jesu Christi potentia. Cum enim horriferi aquilones consurgunt, increbescunt, ac flant, imo *tum toto sonuerunt æthere nimbi*, ut Virgilius loquitur, fluctuosum ac fervens mare sæpe horrifonum edit fremitum, & decumani fluctus, accrescentibus horrendis procellis, ingenti flamine agitati, horribilem emit tit sonitum, adeo ut fluctivagi nautæ videantur jam ad æthera tolli, jam in profundum ruere, & *sine funibus vix durare carinæ*

possint imperiosius equor, ut Horatius ait, at
 unico Christi fluctifrago verbo cogitur impe-
 tuosum mare tranquillum esse: cum IESUS
 mari dicit, *sile*, tunc statim silent venti, tunc
 silent flabra aquilonis, tunc sedantur tumidi
 fluctus, & mare turbidum, agitatedum ac tu-
 mefactum statim, posito Boreâ, nullisque
 fluctibus turgidum, aut tumens alto torpo-
 re ligatum jacet sine murmure, & stat placi-
 dum ventis, stratis æqualiter undis. Ad-
 scribat Spinosa hoc naturæ, aut vi naturæ,
 aut rerum naturalium ordinationi; adscribat
 Stoicus hoc æternæ irrevocabili necessitati aut
 ferreo factorum ordini; adscribant Poëtæ Gen-
 tilium hoc suo Neptuno, de quo fabulantur
 cum Homero, quod ille tridente manibus
 capto omnes concitat procellas, adeo ut im-
 petu magnorum fluctuum, horrendaque
 commixtorum ventorum irruente procella,
 antenna ac malus incidant in mare, ut lib. 5.
 Odyssæ dicitur, ad jungant illi porro Trito-
 nes seu marinos Deos, ut Neptuni comites,
 ac maris tubicines, qui conchas retortas ge-
 runt, quibus terribilem quendam sonum
 edunt, quando, ut Poëta loquitur, cavis
 personant æquora conchis, fingant in super
 fabulatores, quod rex tempestatum ac ven-
 torum pater sit Æolus, qui mulcere fluctus
 & tollere ventos potest, eosque, quamvis
 fortissimos, carcere continere, hæc omnia
 sunt fabulosa: Et non cæca ποῖρα, aut ἑμπε-
 ριστὶς

μὲν, neque Adraſtea, quæ filia Jovis & ineffugibilis neceſſitatis dicebatur; ſed ſolus noſter ſapientiffimus Dominus JEſus Chriſtus eſt potentiffimus ordinator naturæ, quî verbo omni potentix ſuæ mare ex tranquillo facit turbulentum, & ex turbido quietum, ad ipſius nutum ſæva quieſcunt æquora, fugiunt nimbi, & tota turba Æolia tacet.

§. 4. Porro non minor vis ſita eſt in hoc Domini verbo, *ωεφιμωσο*, quod interpretes Latini vulgò vertunt, *obmutefce*. Lutherus, *verſtumme*. C. Hutterus in hebræa verſione habet, *ִּוּחַן*, i. e. *obſigna*, quod Jeſ. 8: 16. occurrit, & Job. 9: 7. de Deo dicitur, *qui obſignat ſtellas*; & Job. 37: 7. *manum omnis hominis obſignat*, i. e. arcet ab opere, & includit quaſi in ſinu. De Æolo dicunt Poëtæ, quod ventos contineat carcere, ſeu antro, ubi illos quaſi obſignat, accoërcet, unde poſtea educit ac emittit, quando vult. At nos cum propheta dicimus, quod ſolus Deus verus *educit ventum è theſauris ſuis*. Pſal. 135: 7. *ille ſolus eſt, qui facit flare ventum ſuum*, Pſalm. 147: 18. & *qui ponit procellam in lenem auram*. Pſ. 107: 29. imo ille ſolus eſt, *qui colligit ventum in pugillis ſuis*, ut ad nutum ſuum non modo ſlent, & juſſa exequantur, ſed & definant ac quieſcant. Prov. 30: 4. Sed inſpiciamus ipſum Servatoris noſtri verbum, ſed dictum, *ωεφιμωσο*, quod proprie notat, *capiftrator*, & quod Belgice deberet exprimi, *wordet ge-*

mylbant; ut 1. Cor. 9: 9. vertitur. Est enim $\omega\epsilon\phi\iota\mu\omega\sigma\sigma\omicron$, præter. perf. imperativi passivi, derivatum a secunda persona perfecti passivi, per (αι) in (ο) $\omega\epsilon\phi\iota\mu\omega\sigma\alpha\iota$, verbi $\phi\iota\mu\omega\sigma\iota$, capistrare, os obstruere, fiscellam ori obdere, metaphoricè, ad silentium adigere, cujus thema est $\phi\iota\mu\omega\sigma$, fiscella, capistrum, instrumentum seu vinculum, quo jumenta olim, imo etiam feræ constringebantur.

§. 5. Sic apud Plinium legimus, lib. 18: 19. si inter arbores vitesque æretur, boves fiscellis capistrari oportet, ne germinum tenera decerpant. Et apud Columellam lib. 6. cap. 19. ad quod jumenta capistrantur. Sic Ovidius loquitur de capistratis tigris, Heroid. 2: 80. & Martialis dicit, 1. 105. 7. paret purpureus aper capistris. Imo apud scriptores rei rusticæ capistra dicuntur vincula, quibus vineæ seu vites capiuntur seu ligantur, ut Columella ait lib. 4. cap. 20. cum ad summum palum vitis extensa est, capistro constringitur, ne sætu gravata subsidat, curveturque. vide Vossium de Etymolog. Ling. Latin. pag. 105. Hebraice capistrum dicitur סוסה a ססה obturavit, capistravit, sic Legislatores summus Deus 25:4. dicit bovem triturantem סוסה לא non capistrabis, vel non obturabis os, quod Apostolus Paulus 1. Cor. 9: 9. ad ministros Evangelii hoc transferens, sic græce exprimit, $\text{ου φρωσεισ βουν ειλωντα}$, non obligabis os bovi tritu-

ranti. Veteres enim in trituro utebantur bobus, quos circum agebant in area, ubi manipulos frugum calcabant, ungalis aut plaustris aut plostellis frumenta excutiebant, aut grana è spicis exterebant, horum boum ora avari homines fiscella aut capistro obstringere solebant, ne extrita grana, vel ne de acervis comederent: quod omnino inhumanum erat, bovem, in mediis frugibus observare cogi esuriales ferias, Tantali instar. Quomodo inde ortum est proverbium, *βούς ἐπὶ σωρῶ*, *bos in acervo*, notat Erasmus in *Adagior: chiliad. pag. 103.* ubi simile quid ex Julio Polluce refert, de servis in pistrino laborantibus, quibus machina rotunda circa cervicem addebatur, ne manum ori possent admoveere, ac de farina edere. Vocabant Græci talem machinam quoque *παυσικαίωον* five *καρδοπαίον*, quod arceret a devorando, aut edendo. Hanc ergo inhumanitatem Deus vetuit, quia voluit laboris socios fructuum parte frui.

§. 6. Notat ergo *Φίμοον* propriè *os fiscella claudere, obstruere, aut capistrare*, uti apud Aristophanem in *νεφ.* ita occurrit, *Φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν ἀρχέα*, *hujus collum ligno constrinxeritis.* Et sic apud *Matt. 22:34.* usurpatur hoc verbum pro aliquem ad silentium adigere, quando Matthæus dicit, quod Christus *Sadduceis ἐφίμωσε*, *os occlusit*, belgice, *denmondt gestopt hadde*, i. e. quod coëgisset eos ta-

cere, vel quod silentium ipsis imposuisset. Matth. 22: 35. fere uti impuro spiritui dicebat, Φιμώθητι, *tace, obmutesce.* Marc. 1: 25. Luc. 4: 35. Et quando Christus homini illi non induto veste nuptiali dixisset, amice, quomodo huc introisti, non habens vestem nuptialem, refert Evangelista, ὁ δὲ ἐΦιμώθη, Belgæ, *by verstomde.* Alii, *conticuit*, vel prorsus obmutuit, quasi capistro vel fræno ori injecto. Matth. 22: 12. Adeo ut Φιμοῦσθαι, est *plane obmutescere*, per meton. effecti metaphoricam, dicit Palor, nam occlusio oris est causa silentii. Hinc Hesychius quoque exponit hoc verbum Φιμοῦν, per ἐπιτομίζεν, quod notat, *os obturare*, uti Paulus hoc utitur Tit. 1: 11. ad quem locum vide, quæ plura de hoc verbo commentatus sum, *in commentariis meis belg. pag. 434.* Hinc etiam capistrum symbolum taciturnitatis erat, ut Salmasius annotat, in cippo sepulchrali Lyfidicæ fuisse insculpta hæc symbola, *frena*, indicantia domus moderatricem, *gallum gallinaceum* vigilantiam, & *capistrum* taciturnitatem, ut Antipater, in epigram, ἰππασῆς κημὸς, ipse indicabat,

ἰππασῆς δ' ἔδε κημὸς αἰείσεται οὐ πολὺ μύθου,
οὐ λαλὸν, ἀλλὰ καλῶς ἐμπλεονήσυχής.

i. e. Capistrum indicat non loquacem, non garrulam, sed plenam boni silentii. Salmas. ad Solin. pag. 1221.

§. 7. Adde adhuc, quod capistrum, græce Φορβεία, quoque erat αὐλητικὴ σομὴ, seu vinculum coriaceum, quo tibicines sibi os obligabant, & buccas substringebant, ne ultra justum modum inflarent, ut Aristophanis Scholiastes in Vesp. indicat, quod Φορβείαι, id est, *capistra* sunt δέσματα τὰ περὶ τὸ σῶμα τῶν αὐλητῶν προσδεσμευόμενα, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδέϊαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιῆσῃ, *vincula* (ex pellibus facta seu coriacea) quibus os tibicinum obligari solebat, ut moderatus exiret spiritus & suavem tibiæ cantum efficeret. Sic Plutarchus in libro, quomodo dignoscendus sit adulator ab amico, de Ptolemaeo Aulete ait, Πτολεμαίω δὲ τί περιῆψεν ἄλλο Φορβείαν καὶ αὐλοῦς; Ptolemaeo vero quid aliud *capistrum* & tibiæ alligavit? Et in libro de cohibenda iracundia, tradit idem auctor, Μαρσύαν usum fuisse tali Φορβείᾳ, *capistro*, cum dicit, καὶ ὁ Μαρσύας, ὡς εἶκε, Φορβείᾳ τινὶ καὶ περισομίῳ βίᾳ τοῦ πνεύματος τὸ ἔρα γδαῖον ἐγκραθεῖρξε, καὶ τοῦ προσώπου κατεκόσμησε καὶ ἀπέκρυψε τὴν ἀνομολίαν, quæ verba Erasmus ita vertit, ac *Marsyas, ut videtur, capistro quodam ac folliculis ori circumpositis, per vim flatus stridorem cohibebat, & vultus deformitatem corrigebat, atque in æqualitatem celabat*, Ubi, cum Erasmus *περισομίῳ*, *folliculis* vertit, D. Baudelot, *histoire de Ptolomé Auletes*, *περισόμιον* per *velum* interpretatur, putat enim sculpturam gemmæ antiquæ, quam explicat, representare Ptolemaum

maxum Ægypt. Regem, qui *Auletes* cognō-
 mento dictus est, quod tibiis præter digni-
 tatem regiam canere solitus esset: licet alius
 vir celebris putaverit insculptam esse huic
 gemmæ faciem Dantis Aligeri, Poëtæ Itali
 notissimi. Quicquid sit, duo tibicinis in
 gemmæ hujus sculptura observat symbola,
 Φορβειάν, *capistrum*, ori præligatum, & περι-
 εόμιον, *velum* capiti imagunculæ super inje-
 ctum. Vide excerpta hujus operis in *Biblioth.*
novor. libror. mens. Maj. & Jun. A. 1699. pag.
367. & 377.

§. 8. Occurrit hoc vocabulum περιεόμιον
 quoque apud LXX. interpretes *Exod. 28: 32.*
 ubi D. Baudelot etiam per *velum* explicari de-
 bere putat: sed errat vir doctissimus ibi, quod
 in illo loco sumitur pro apertura pallii summi
 Sacerdotis, ita enim in textu Hebræo dici-
 citur, וְהָיָה פִּי-הָרֵאשׁוֹן בְּתוֹכוֹ & erit foramen
capitis in medio ejus. Belgæ, en het hoofgat
 des Zelveu zal in 't midden daar van zyn, LXX
 καὶ ἔσται τὸ περιστόμιον ἐξ αὐλοῦ μέσων.
 Non loquitur hic Moses de velo capitis, sed
 de pallio summi Sacerdotis, cujus summi-
 tas seu extremitas habebat aperturam, quam
 פִּי הָרֵאשׁוֹן *os*, seu *foramen capitis* vocat, quia
 per illud caput immittitur: & hanc apertu-
 ram pallii istius Græci interpretes vocant περι-
 εόμιον. Alias græce βρογχώλης, caput vesti-
 menti atque apertura in quam collum inferi-
 ritur,

ritur, belgice *het halsgat*, vel *hoofdgat*, apud Josephum in *antiq. l. 3. c. 8.* Βρογχωτῆς τοῦ ἀν-
 χένος: ubi Βρογχωτῆς idem est, quod apud LXX dicitur *περισόμιον*, quod Hieronymus vertit, per *capitium*, non tegmen capitis, sed, ut ipse explanat, aperturam tunicæ circa col-
 lum, ita enim dicit, *in superiore parte, qua collo inducitur aperta est illa tunica, quod vulgo capitium vocant.* Hieron. ad Fabiolam, de *vestitu Sacerdot. oper. tom. 3. pag. 60.* Vertitur qui-
 dem vulgo *περισόμιον* in lexicis per *capitium*, quod a multis, uti & a Nonio & Isidoro, per *tegmen capitis* explicatur, sed non adeo cer-
 tum est, an *capitium* ita sumi possit: quia Varro dicit *lib. 4. de Ling. lat. Capitium ab eo, quod capit pectus, id est, ut antiqui dicebant, indu-
 tutu comprehendit.* Non audiendus ergo, dicit Vossius, Nonius Marcellus, qui literarum, adfinitate ac sono deceptus, *capitis tegmen esse* tradit *Etymolog. pag. 105.* Male ergo Nonius Varronem allegat, quoniam Varro *Capitium* ponit pro muliebri tegumento, quo illæ pectus vinciebant, ita enim ait *capitium ab eo quod capit pectus.* Ulpianus, *leg. 27. ff. de aur. & arg.* quidem dicit, *muliebria, scil. vestimenta, sunt, velut stola, pallia, capitia, Zona.* ubi Bayfius *lib. de re Vest. cap. 17.* addit, *capitium Varroni dictum, quod pectus capiat, hoc est comprehendat. Est & capitis tegmen, a capite dictum, ut opinor. Rectè dicit, ut opi-
 nor, quoniam non probat, sic esse. Ut ergo*

certum est, an capitium pro tegumento capitis sumatur; sic dubito, an probari possit, περιζόμεον unquam pro velo capitis sumi: Saltem non apud LXX. interpretes, apud quos etiam legitur περιζόμεον τοῦ ὑποδύτου, i. e. ut vulgata habet, *capitium in superiori parte*, vel ut alii vertunt, *foramen pallii*. Exod. 39:23 secundum edit. Hamburg. unde patet quod *capitium* apud Vulg. non pro *capitis tegmine*, nam de eo non loquitur Moses, sed pro *apertura pallii summi Sacerdotis sumatur*. Adde quod ἐπιζόμεον explicatur apud Hesychium ὁ τῆς ἐπιγλωσσίδος τόπος ἐν τῷ βρόγχῳ.

§. 9. Sed redeo ad capistrum seu φορβείαν, quam Amplissimus ac doctissimus Vir G. Cuperus quoque describit, *observat. lib. 1. cap. 12.* ubi nummum exhibet, in quo videtur Satyri effigies representata cum tali φορβείᾳ seu vinculo coriaceo, ori ligato, relicto parvo ad inflandum foramine. Coërcebat ergo capistrum immodicum spiritum, vel violentiam nimii spiritus, attemperabatque, ut moderatus exiret, & suavem tibiæ cantum efficeret. Et qui immoderatè spiritu uterentur, in tibiis flandis, eos sine capistro flare, Græci dicebant, ut Sophocles ait, citante quoque Cicerone, *ad Atticum l. 2. epist. 16.*

Φυσᾷ γὰρ οὐ μικροῖσιν ἀυλίσκοις ἐτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φυσαῖσι φορβείᾳς ἀτεξ.
i. e. *Non jam ille modicas ore inspirat tibiæ,
Sed sine capistro enormibus flat follibus.*

Ad quos versus Longinus alludit in libro
περὶ ὕψους pag. mibi 6. edit. græc. 1570. ubi de
Clitarcho ait, quod erat,

Φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνήρ ἢ Φυσῶν κατὰ τὸν Σοφο-
κλέα,
μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, Φορβειᾶς δ' ἄτερ,

*Vir vanus, qui juxta Sophoclem exilibus stat tibiis,
sed sine capistro, id est, sine modo. Vide
porro S. Pitiscum in Lex. antiq. Tom. 1. pag. 351.
ubi suspicatur, veteres tibicines usos fuisse
tali capistro non semper, sed præsertim in cer-
taminibus musicis, ubi majori arte & nisu o-
pus, & debita proportione spiritus moderan-
dus esset. Unde apud Plutarchum Symp. 7.
legitur de Marsya, ubi cum Apolline certa-
men iniret, capistro & tibiis os sibi præcludens
ausus est decertare. Et apud Aristophanem in
Ran. pag. 456.*

Κᾶν αὐλητὴς γε δίπην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπι-
χειρα,
ἐν Φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ἠύλησ' ἀ-
πιαῦσι.

*Tum tibicen, si victor litis abit, grates agit
ipsis
Judicibus, & egressis canit ori circum pelle
ligata.*

§.10. Patet igitur ex his omnibus usus ca-
pistri, & vis verbi Φιμοῦν, capistrare. Cum jam
Chri-

Christus non tantum mari, ut & vento & fluctuationi aquæ, dicit, *σιώπα file*, sed etiam *πεφίμωσο*, *capistrator*, ostendit se vere esse potentem illum imperatorem maris, ventorum, ac fluctuationum aquarum, ad cuius voluntatem ac imperium, & mundus cali vastus constitit silentio, & turbidum ac commotum mare illico quasi capistro injecto cogitur conticescere: licet Horatius dicat, quod grandævus Nereus, qui mari præesse dicitur, *celerēs ventos obruit ingrato otio*, *carm. l. I. od. 15.* quia ventorum natura est continuo spirare, flare, aut agitari, maxime cum procellosi ac nimbofi sint, tunc enim molesto otio comprimuntur ac tarde sedantur: Hic tamen Christus facili negotio, imo uno tantum verbo tumefactum mare ac horrendam pelagi rabiem, horrifonosque ventorum flatus comprimit, sedat, ac alta pace quiescere facit. De Apolline ait Callimachus, *εὐφημῆ καὶ πόντος ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῆ*, i. e. *ad Apollinis verba mare quoque filet.* Nam *εὐφημῆν* græcis quoque est *σιώπῃν*, *silere.* At hic Evangelista Marcus refert, quod ad Christi verba pelagi cecidit fragor, & *παντάπασιν ἐσιώπησε* agitata turba Æolica. Unico tantum verbo dicit Jesus, *σιώπα, file*, & statim jacet sine murmure pontus: ita enim addit Evangelista, *καὶ ἐκ' ὅσων ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη*, *tum quievit ventus, factaque est magna tranquillitas.* El. Hutterus in versione hebraica N. Test. habet:

bet: הַשָּׁמַיִם קָטְנוּ - וְהַיָּם שָׁמַט
siluit ventus, & factum est magnum silentium.
 Tunc enim maria, & venti, dicuntur *silere*,
 cum tranquilla sint & quiescant, ut Jon. I: 11.
 הַיָּם קָטַן ut *silat vel conticescat mare.* Quod
 Theocritus exprimit per ἀπολήγοντο: nam
 cum primum dixisset,

- - παταγῆ δ' ἐυρέϊα θάλασσα,
 κοπλομένη πνοιῶν τε καὶ ἐκ βυθοῦ ἔλκετε νῆας,

i. e.

- - cum fremitu resonat amplum mare,
*Pulsatum flatibusque ventorum & validis
 grandinibus.*

Statim addit,

Ἄψα δ' ἀπολήγον ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάκ
 Ἀμωέλκτος.

i. e. Statim vero venti desinunt, & mitis tran-
 quillitas est

Per mare, Idyl. 22. vs. 15, 16, 19.

§. 11. Et revera, cum Christus mari di-
 cit, *file*, & *capistrator*, & cum Marcus refert,
 quod statim ad ipsius verbum facta sit magna
tranquillitas, quis hic non aliquid homine ma-
 jus in Christo animadvertit? Cum ipsi Gen-
 tiles, quamvis superstitionibus fabulosis,
 hoc opus ut divini quiddam semper dixe-
 runt. Ita enim Neptuno, ut Deo æquoreo
 ac potentissimo, Athenis, Sparta, Roma,
 ut & in Ægypto aliisque in locis in variis
 templis splendidissimis divino honore culto,

sim-

imperium maris adscribebant. Hunc dicebant secundum Jovem, hunc invocabant, ut Regem pelagi, ut rectorem aquarum, ac dominatorem freti, qui potenti tridente, seu scepro tricuspide aquas mulcet, & æquoreas temperat undas vel, *qui*, ut poëta antiquus ait, *undis asperis pausam dat*, id est, quiescere facit, sic enim pausa sumitur pro quiete. Huic ergo Neptuno, sortito udum profundi imperium, æquora erant curæ, atque parebant. Imo huic Deo maris adscribebant inventionem fræni, artisque equitandi, qui primus omnium domuisse dicitur equos. Ipsi-
us etiam concha seu currus trahitur ab equis marinis, seu hippocampis, quos Tænari, ubi templum habet, fessos subducit, unde Statius *Thebaid. C. 2. ait*,

*Illic Ægeæ Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos: prior haurit
arenas*

Ungula; postremi solvuntur in æquora pisces.

§ 12. Et uti imperium maris Neptuno, ita ventorum gubernationem ac moderamen Æolo tribuebant Ethnici. Hunc enim *ventorum* appellabant *imperatorem* ac *patrem*, ut Horatius ait, *l. 1. carm. od. 3.* Hunc nominabant nimborum ac tempestatum potentem regem, qui ventos frenat æquoreis in antris, in cuius potestate est, mulcere fluctus, & tollere ventos, eosque iterum, quando vult, carcere continere, imo qui pro voluntate sua
tem-

tempestates, quas velit tollit ac sedat; sic enim de ipso loquitur, seu fabulatur Homerus Odyss. 10. v. 21,

κείνον γὰρ ταμίην ἀέμων ποίησε κρονίων,
 Η' μὲν παύμενας, ἢ δ' ὀρνύμεν ὄν κ' ἐδέ-
 λησεν.

i. e.

*Illum enim dispensatorem ventorum fecit
 Saturnius,
 Et ut compescat, & ut concitet quemcum-
 que voluerit.*

Sic quoque Virgilius Aeneid. l. 1. v. 52. &c.

- - Hic (scil. in Æolia) vasto rex Æolus
 antro

*Luctantes ventos tempestatesque sonoras
 Imperio premit ac vinclis & carcere frenat.
 Illi indignantes magno cum marmure montis
 Circum claustra fremunt: Celsa sedet Æolus*

*arce,
 Sceptra tenens, mollitque animos & temperat
 iras.*

*Ni faciat; maria ac terras, cælumque pro-
 fundum*

*Quippe ferant rapidi secum, verrantque per
 auras.*

*Sed pater omnipotens speluncis abdedit atris,
 Hoc metuens; molemque & montes insuper
 altos*

*Imposuit, regemque dedit, qui sedere certo
 Et premere, & laxas sciret dare iussus ha-
 benas.*

Sic

Sic Ovidius dixit Metam. l. 11. Fab. 10, de
Æolo,

- - - qui carcere fortes

Contineat ventos, & cum volet, equora
placet.

Sic Statius Sylv.

Et pater Æolio qui frangit carcere ventos,
Cui varii flatus, omnisque per æthera mundi
Spiritus ac hiemes nimboaque nubila parent,

Sic tandem Claudianus l. 1. de rapt. Proserp.

- - - Si forte adversus ahenos

Æolus objecit postes, vanescit inanis

Impetus, & fractæ redeunt in claustra procellæ.

Ecce! sic loquuntur Poëtæ, sic Neptuno
Deo maris adscribunt potentiam tollendi
ponendique freta, sic Æolo ventorum Deo
tradunt habenas, quibus domat, ac coërceat
ventos ac tempestates,

§. 13. Verum enim vero cum jam
Christus ventum & fluctuationem aque ob-
jurgat, & mari non tantum dicit, *σιώωωω*
sile, sed etiam *ωεφίμωωω*, capistrator, & cum
ad ipsius imperium statim magna facta est
tranquillitas, clarissime ostendit se non tan-
tum homine, sed etiam omnibus istis falsis
diis majorem, qui solus divina sua potentia
luctantes ventos potest premere, maris-
que fluctus rabidos tranquillos facere, &
mollire. Ipsi soli competunt Lupata seu fra-
na, quibus capistrantur Neptunii equi, ac co-
hibentur omnes minæ, ac horrifoni flatus to-
tius

tius turbæ Æoliæ. Quam immani murmure
frementes fluctus & discordes venti se tol-
lunt, Christo imperante coguntur quiescere,
Non Neptunus, non Æolus, sed Christus
est, qui suo *nutu* totum tremefacit Olympum,
qui incutere vim ventis, ac tempestates so-
noras iterum, quando vult, imperio premere,
vinculisque & carcere frenare potest: imo qui,
voluntate, seu potenti verbo, omnia facit,
sic etiam *dicto citius tumida æquora placat, col-
lectasque fugat nubes, solemque reducit*, ut cum
Marone loquar *Æn.* 1.

Æolum poëtæ prædicant Jovis filium, &
fuisse pium, ac justum regem, perhumanum
erga hospites, imo τὸν θεοφιλέστατον, i. e.
Deo charissimum, ut Plutarchus in libro de ira
refert. At hæc epitheta soli nostro compe-
tunt salvatori Christo. Nam Christus verus
est filius Jehovæ, verus ille ὁ πῶς pius, quem
Dominus sibi separavit, *Pf.* 4: 4. rex omnium
justissimus, imo θεοφιλέστατος, Deo patri suo
charissimus, *Matt.* 3: 17. quique solo nu-
tu potest omnibus ventis silentium indicere,
& ad cuius verbum hic exorta maris tempe-
stas statim filet: non tantum, ut indicetur,
ipsi soli ut vero ac potentissimo Deo com-
petere imperium maris, & regimen vento-
rum; Verum etiam in ipsius potestate esse,
comprimere omnes tumultus bellicosos, ac
hostiles tumultuationes fremantium tyran-
Il. Fascicul. F norum

norum; quorum feroces animos pro voluntate sua flectit, mollit, temperat ac in obsequium suum format, efficiens etiam sapius, ut furentibus arma e manibus effluant, ac ostendens se esse, *qui componit bella usque ad extremum terræ, qui confringit arcum, & detruat hastam, quique currus igne comburit.* Ps. 46: 10. imo *qui componit strepitum marium strepitum fluctuum eorum, & tumultum nationum.* Ps. 65: 8.

§. 14. Non mirum igitur, quod homines, hoc miraculo perculsi, ac majus quiddam humana potentia in Christo animadvertentes, cum timore exclamaverunt, *quisnam iste est, ut etiam ventus & mare auscultent ei?* vs. 41. Sciebant enim Dei epitheton, aut solius divinæ virtutes & omnipotentix effectum esse, sedare maris impetum, cum inhorrescit, & imperare, ut tranquilletur. Quare psalmographus sacer ita de eo cecinit, & *fecit (Jehova) exsurgere ventum procellosum, & extulit fluctus ejus. Ascendebant (navigantes) in cælum, descendebant in abyssos, anima ipsorum in malo liquebat: Rotabantur & agitabantur instar ebrii & omnis sapientia illorum perierat: Et clamaverunt ad Jehovam, cum arctum ipsis esset, & ex angustiis ipsorum educebat eos.* NB. Ponebat procellam in lenem auram, וַיִּהְיוּ גַלְיָהֶם & conticuerunt fluctus earum, scil. aquarum. Ps. 107. 25, 26, 27, 28. Ecce! Jehova est, ait psalmista, qui *וַיַּעֲמֵד רוּחַ סְעָרָה* fecit exsurgere, vel

vel qui fecit stare, ventum vel spiritum turbinis.
 Ubi verbum stare, potest sumi pro exsurgere,
 ut Ps. 106: 30. & ut belgice dicimus, daar
 ontstaat een sterke windt, sic ventus dicitur
 stare, cum exoritur, & sic Deus facit star
 ventum, cum excitat eum; Præterquam quod
 hoc verbo standi etiam durabilitas tempesta-
 tis significetur. Et quid sequitur, quando
 Deus tales tempestates excitat? Tum navigan-
 tes in mari concitato nunc ascendunt in cælum,
 nunc descendunt in abyssos, id est, nunc navi-
 gio ad cælum attolluntur, nunc ad abyssos,
 vel ad imum maris fundum, dejiciuntur, un-
 de Poëta Virgilius ÆN. 3. vs. 564. dicit.

*Tollimur in cælum curvato gurgite: & iidem
 Subducta ad manes imos descendimus unda.*

Hinc porro oritur anxietas navigan-
 tium, quorum cor in tanto discrimine metu
 naufragii & submerfionis quasi liquescit, vel
 נִמְדָּם seipsum quasi dissolvit, a verbo נִדְּם
 dissolvit, in conjugatione hithpahel dissolvit,
 se ipsum, vel passive, dissolvitur, cum enim
 navis fluctibus intumescens ita in altum
 tollitur, ac deinde ad imum profundum de-
 scendit, tum anxietate periculi dissolvi-
 tur cor navigantium, qui tum rotantur, seu
 agitantur in gyrum, vel qui tum titubant, & qui
 ob jactationem vertigine correpti, instar ebrii,
 modo huc modo illuc jactantur, adeo ut o-
 mnis eorum peritia navigandi perierit. Quare

tunc ex angustiis ipsorum ad Dominum clamant, qui, quando auxilio suo vult adesse, cum ardetum ipsis sit, eos educit, & idcirco facit consistere procellam, in silentio, vel sedat turbinem, ut sit tranquillitas, & statim silesunt vel tacent fluctus aquarum.

§. 15. Profecto, cum hæc verba psaltæ pio ac fidei animo, comparentur cum iis rebus, quas Evangelistæ de hoc miraculo Christi cum omnibus suis circumstantiis annotarunt, quis non cum hominibus illis, qui hoc miraculum viderunt, exclamabit, qualis iste est, ut etiam ventus & mare auscultent ei? Imo quis non confitebitur, ipsissimum Christum esse, qui ascendere facit nubes ab extremo terra, qui fulgura ad pluviam facit, & qui educit vel depromit ventos מאוצרותיו ex thesauris suis, vel è reconditoriis suis, id est, è speciebus & locis abditis, vel è cavernis terræ. Psal. 135: 7. imo qui אסף רוח בהפניו colligit ventum in pugillis suis, nempe imperiosa moderatione, qua ventos quasi ad carceres revocat, ac constringit, ut ad nutum suum non modo flent, & iussa sua exequantur, sed & desinant ac quiescant, & tandem qui צררמים בשמלה congregat aquas in vestimento, qui que ligat eas in nubibus suis, adeo ut terminos præfixos non excedant, neve profluant, aut inundent terras, nisi iusserit Deus, qui mensuravit pugillo suo aquas, calumque spithama, & qui mensus est men-

mensura pulverem terra. Prov. 30: 4. Job. 26: 8. Jes. 40: 12. Cum igitur Christus hic in navigio dormit super cervical, ut Marc. 4: 38. dicitur, ostendit, se verum esse hominem, quia omnia excepto peccato communia nobiscum habeat, at cum imperat ventis & mari, ostendit se esse majorem homine, nempe formatorem montium, qui creat spiritum, & facit auroram caliginem. Amos. 4: 13. qui congregat aquas maris velut in acervum, ponens in thesauris abyssos, seu voragines, ut timeant a Jehova omnes incola terra, & ut ab ipso metuant omnes habitatores orbis, id est, ut agnoscant immensam Dei sapientiam & potentiam in creatione, conservatione ac directione mundi, & cogitent summam reverentiam ac timorem huic creatori ac gubernatori deberi. Ps. 33: 7. Atque hæc hætenus,

III.

HADRIANI RELANDI,
Antiquitatum SS. & Lingg. Orientalium Pro-
fessoris, dum (a) viveret, in Academia Ul-
trajectina Professoris,

DISPUTATIO PHILOLOGICA,
DE

TRYPHONE JUDAEO
JUSTINI MARTYRIS ANTA-
GONISTA,

In qua
Probatur eum, à R. Tarphone, diversum
fuisse.



§. I.

Mnium quasi consensu Tryphon,
quem Justinus Martyr scripto
edito celebrem reddidit, habetur
idem ac R. Tarphon, vir clarissi-
mi

(a) Non sine ingentianimi |perturbatione hæc
scribo, RELANDUM, illud non suæ solum Bel-
gicæ, sed & omnis literati orbis decus, eru-
ditorumque nostræ ætatis facile Principem, in quo cum
insignibus ingenii dotibus, quas cedro dignis, atque
ætatem omnem laturis monumentis ostendit, tot virtu-
res aliæ, præclara in Deum pietas, eximia modestia,
perpetuum honestatis studium, atque incredibilis alio-
rum conatus adjuvandi ardor, pulcherrimo nexu copula-
tæ erant, atque inter se de principatu quasi contende-
bant, VIXISSE. Exstinctus enim cheu est! d. 6. Februa-
rij variolis; volente ita summo vitæ necisque nostræ ar-
bitro, in ipso ætatis flore, agebat enim annum circiter
quadragessimum. Ejusque mors eo nobis accidit flebi-

mi nominis inter Hebraeos, (b) Vixit uterque eadem aetate; nomen idem est, celeberrimus erat inter Judaeos illo aevo Tarphon, & honori Justini consulitur, si maximus ecclesiae Christianae doctor non cum obscuro ho-

F 4

mine

lior, quo majorem nobis spem fecerat, se hanc Bibliothecam nostram suis observationibus subinde ornaturum, aucturumque. Quem in finem has nobis pagellas transmissit, voluitque heic inseri, quas a. d. VIII. Decembris anni superioris publicae velitationi Academicae exposuerat. Sequentur propitio Deo hujus commatis plures in sequentibus fasciculis. Atque ita, dum tanti Viri reliquias sollicite, quantum in nobis est, conservamus, lenemus aliquantulum, dum aliter non licet, ingentem illam, quam inopina ejus mors, nobis injecit, animi aegritudinem. Quamquam is quoque non parum solatii nobis adspersit nuntius, qui retulit, illustres Academiae Ultrajectinae Curatores de sanando hoc vulnere cogitavisse statim serio, & vacuefactam morte Relandi provinciam eruditissimo, atque in literis ac linguis Orientalium versatissimo Viro MILLIO, Regiomontano, tradidisse. Quem, ut Decessori suo, ut minatur, virtutibus ac meritis ἐφάμιλλον, ac prorsus similem, at sola vivendi, quam ille adtigit, meta dissimillimum sera olim agnoscat posteritas, DEUM ex animo poscimus, T. d. H.

(b) Primus, cui haec conjectura in mentem venit, quantum scio, fuit, Johannes Lightfootus, qui Operum T. II. p. 144. licet dubitanter, scripsit. Tryphon ille forte est R. Tarphon, R. Akibae familiarissimus, apud Talmudicos crebro memoratus. Doctissimi hujus popularis sui sententiam deinde, licet ejus dissimulato nomine, suam fecit, G. Cavius, cum in Vitis Patrum pag. m. 311. tum in hist. lit. p. m. 23. atque hunc alii deinceps facto veluti agmine secuti sunt. Ipse Relandus noster olim in eadem opinione fuit. In

ine manus conseruisse, sed ad versarium non indignum nactus, posse dici videretur. Fuit quidem tempus illud, quum in Palaestinae luce versaretur, non Ephesi aut inter Gentes quaerendus, sed postquam Hadrianus bellum a Barcocheba concitatum exstinxit, pulsus patria Judaeis, quid miramur si illic Justinus Tarphonem repererit? Haec fere sunt, quibus permoti fuere multi viri docti, ut aut sibi persuaderent, aut certe haud improbabile censerent, Tryphonem a R. Tarphone diversum non fuisse. Nobis e contrario vide-

tur
 notis enim, quas admodum adolescens eleganti libro J. H. Otthonis, *Historiae Doctorum Misnicorum*, (quam cave putes historiam continere verbi divini Interpretum, qui in ducatu Misniae docuerunt, quod cuidam accidit, ex ea historiam vitae Patris sui, qui in Misnia Pastoris munere functus erat, petiuro, referente Cl. Viro Reimmanno in introd. gener. ad hist. lit. p. 141.) Amstaelodami a. 1699. in 8. recusae, celato, quae singularis ejus modestia erat, nomine suo (nam appellare se tantum in limine voluit *illarum literarum studiosum*) adjecit, p. 129. ita scribit. Forte hic idem (loquitur de R. Tarphone) est Tryphon, contra quem Justinus M. scripsit, nec Chronologia repugnat; scribit enim, ἐν τῷ νῦν γενομένῳ πολέμῳ Ἰδαίου. Hic ab Hieronymo in Es. VIII. Delphon appellatur, eique subjungitur Joseph Galilaeus. Legi debet Tarphon, & Jose Galilaeus. Haec ille tum, quae cum nunc ipsemet post quatuor fere lustra dispungit, egregiam honestarum disciplinarum cultoribus exemplum praebuit, non fraudi, neque dedecori nobis esse debere, si sententias, quas olim defendimus, meliora edocti deinceps mutemus. T. d. H.

amoretur id non esse verifimile, (c) & rationes has afferimus, quamobrem ita suspicemur.

§. 2. Ita se describit Trypho, rogatus a Justino quis esset, ut nihil in eo minus quam R. Tarphonem invenias. Trypho, inquit, mihi nomen est, sum Hebraeus ἐκ παροικίας, profugus ex bello nupero & qui in Graecia & Corinthi τὰ πόδια erat διζύων. Nihil audio de genere sacerdotali, quo nullum apud Hebraeos nobilius, nihil de titulo Rabbi & praefectura Academiae Lyddanae, nihil de auctoritate inter gentiles suos, quum inter doctores Misnicos, quorum dicta & facta Talmudi inserta sunt, locum non infimum teneat, & fuerit, uti ipsi loquuntur, מן גדולי הדור *ex principibus suae aetatis viris.* Haec tamen omnia convenisse R. Tarphoni non est dubium

F 5

bium

(e) Refutavit jam olim hanc Ligtfooti, quam tamen G. Cavo deberi putavit, conjecturam celeberrimus Vir Christ. Gottlieb Kochius, in libro, suos deinde adversarios, inter quas clarissimi Viri C. S. Cyprianus & Albertus a Felde, nostras, eminent, nactus; editoque Kiliae a. 1700. in 8. sub hac inscriptione, *Justini Martyris cum Tryphone Judaeo dialogus, secundum regulas criticas examinatus, & νοθέουσως seu falsitatis & suppositionis suspectus atque convictus*, ubic. IV. f. 2. p. 52. illam examinat. Exstat autem quoque celeberrimi Jenensium Theologi ac Philologi J. A. Danzii Dissertatio de TRYPHONE, *Justini Martyris collocutore contra C. G. K.* in qua Ligtfooti sententiam contra Cl. Kochium tuitum fuisse suspicor, quamquam, cum ea diss. nunc non ad manus sit, id pro certo affirmare non ausim, T. d. H.

bium. Sacerdotem fuisse liquet ex eo, quod in codice Siphra fol. 128. legatur ramo cedri- drino mundasse leprofos, quod solorum erat sacerdotum. Praeterea stante templo adscen- dit cum aliis sacerdotibus ad *suggestum*, *סוג'ט*, e quo populo benedicebant sacerdotes, uti legitur *capite IV. Gemarae Kidduschin*. Liddae docuit post R. Akibam magna cum eruditio- nis fama, & si in scriptis Misnicis atque Ge- maricis ullius nomen celebratum est, hujus est. Inter dicta Patrum quae vocant, *פרקי תנאים* *cap. 2. l. 15. & 16.* hujus quoque senten- tiaae leguntur. Nuncupatur in Talmude *cap. 6. Gemarae Gittin גל של אגוזים*, *cumulus nu- cum*, eo quod nuces in cumulum coactae, si unam tollas, plures simul concidant; at- que ita noster ab auditoribus rogatus, non unam modo responsionem daret, sed & ex Sacro Codice & ex theologia allegorica, tra- ditionibus *παιθεωραγ'αδ'ο'τοις*, philosophia, at- que aliunde ad quaesita responderet. Nihil- ne horum commemorasset R. Tarphon? Ni- hilne per focios ejus aliosque Judaeos inno- tuisset Justino, qui sine dubio, siquidem hic R. Tarphon fuisset, id disertis verbis memo- riae prodidisset, nec eum a sacerdotibus di- stinxisset, uti facit, quando *ἱμας & ἱμῶν* *ie- g'as* secernit, quoniam (ne quis forsitan id modestiae ejus tribuat, quod omiserit) pon- dus addere dialogo ejus potuit, & rei Chri- stianae profuisset plurimum, quandoquidem ita

ita constare poterat, summum Synagogae judaicae doctorem & peritissimum eorum theologum nihil aliud opponere potuisse rationibus a Justino allatis. Quamvis etiam non videam, qua ratione modestiae Christianae repugnet, in primis ubi de veritate doctrinae agitur, adversarii personam & eruditionem commemorare. Quod si plane latere hunc illustrem suum adversarium voluisset Justinus, potuisset nomen ejus omittere: quod quum non fecerit, liquet eum non voluisse ut lateret.

§. 3. Testatur Trypho se Argis institutum a Corintho Socratico, non debere contemni illos, qui habitu philosophi incedebant, sed decere προσομιλεῖν ipsis, si forsitan aliqua inde utilitas posset percipi. Ipse tamen postea fatetur διδασκάλους i.e. Rabbinos suos vetuisse μηδενὶ ἐξ αὐτῶν ὀμιλεῖν, cum ipsorum ullo conversari, & melius fuisse si morem gerens monitis magistrorum qui hanc legem tulerant, cum Justino sermones non miscuisset. Haec dicere potuisse R. Tarphonem mihi non persuadeo. Ille se tradidisset instituendum Corintho, & quidem Socratico, postquam adeo illustrem in patria personam sustinuerat. Ille placita Rabbiorum deseruisset, qui dicere solebat, eum qui se ab R. Akiba, cujus aequalis erat, separaret tantundem facere ac si se separaret a vita sua **הפירש ממך בפירש מחיי**. Ille adeo familiariter gentibus
us

usus fuisset, homo Phariseus, sectae Schammaeanae addictus, quum ex Evangeliiis constet quanto opere isti refugerint consortium gentium, dixissetque ex philosophia se utilitatem percipere veluti ex legibus divinis & scriptis prophetarum.

§. 4. Deinde Justinum monet circumcidi, sabbathum & dies festos observare, denique omnia ἐν τῷ νόμῳ γεγενημένα, *scriptain lege Dei*: Ita videlicet fore ut Deus ejus miseretur. Nihilne R. Tarphon de lege non scripta & institutis doctorum dixisset, quibus erat innutritus, & quae prae verbis legis Divinae amabilia esse testantur? E contrario Doctores Judaicos, Phariseos & scribas, magistros illos (quorum ipse pars magna erat) & socios suos tulisset adeo tranquillo animo a Justino vituperari & ipsorum ἐξηγηταῖς locorum sacri Codicis jejunas dici? Non est, quod quis dicat hanc rationem ultra tendere quam ipse volo, aut quod vulgo dicitur, nimium demonstrare, quandoquidem certe fatendum est Tryphonem, quicumque tandem fuerit, Judaeum fuisse, eundemque probabiliter Phariseum, quique tamen audire sustinuit doctores suos a Justino contemni. Concesserim enim Tryphonem Phariseum fuisse: Aliud est quid homo Judaeus, quid Phariseus, aliud quid princeps aetatis suae doctor & antesignanus, terre potuerit sibi objectum, quem constat maximo

re Primores Pharisaeorum profecutum fuisse. Dixissetne R. Tarphon (quod tamen Trypho fatetur plus semel) se hoc colloquio multum fuisse delectatum? Id ejusmodi Judaeus dicat, qui ex consortio Gentium aliquid haufit a moribus Pharisaeorum rigidiorum alienum, & de quo qualis fuerit, haud constat. R. Tarphonis personae haec verba non conveniunt.

§. 5. Tum potuissetne R. Tarphon praesens ipse Justinum audire exponentem vim vocum Hebraicarum eo quo facit modo, nec illum arguere, quale id est, quod de nomine ΣΑΤΑΝΑΣ habet, illud componi ex duobus Σαλᾶ vel Σαλᾶν (velut a שׁוּשׁ vel נֹשֵׁן) i. e. ἀποσαῖης, & νᾶς, quod *serpens* est. Quis adeo tyro est hac aetate, qui ignoret nomini Sata-nae nihil esse commune cum voce שׁוּשׁ נᾶς, *serpens*, sed ex שׁוּשׁ ortum esse? Praeterea quod ISRAEL notare dicat ἀνδρωπὸν νικῶντα δύναμιν *virum victorem virtutis*. Porro addit τὸ γὰρ ἰσραὴ ἀνδρωπὸς ἐστὶ, τὸ δὲ ἦλ δύναμις. Absurde. Verum ubi νικῶν latet? Crediderim legi oportere ἀνδρωπὸς νικῶν ἐστὶ. Putavit שׁוּשׁ ἀνδρωπὸν primam partem vocis Israel constituere; quum in Hebraeo sit שׁוּשׁ, non שׁוּשׁ: Verum quia Judaei (uti vel ex τῷ ἰσραὴλ in Novo Testamento constat) more Syrorum illud Jud initiale cum Chebhozo non uti Jod consonam pronunciabant, sed uti נ, hinc est, quod *Israel* pro *Iisrael* extulerint, nonnunquam
ipsum

ipsum nomen *ישראל* & *אשראי* scribentes.
 Haec audivisset R. Tarphon, nec censoria vir-
 gula notasset? Non regessisset Justino sua ver-
 ba *ἐκ δίδας, ἢ ἀνθρώπου, ὃ λέγεις, nescis, ho-*
mo, quid dicas? In primis quum ipse Justinus
 profiteatur non solere Tryphonem aliquam
 occasionem intactam finire praeterire car-
 pendum eum in dicto hoc vel illo, quod Try-
 pho male a Justino prolatum putabat. Qua-
 le & illud est, quod Justinus dicat *ἐν ρω* unum
 R. nomini Sarae additum & *ἐν ἀλφα* unum
 A. nomini Abrahami? Nihil tamen ad haec
 Trypho. Ergo, si Justino credimus, nihil
 ad haec regerere potuit. Verum an R. Tar-
 phon adeo fuisset ignarus rerum suarum,
 ut de his veriora proferre non valuerit? Quis
 credat? Unum addo. Narrat Justinus taber-
 naculum Dei *τὴν σκηνὴν τῆς μαρτυρίας* ab Azotius
 raptum fuisse, quum non nisi arcam foede-
 ris captam dicere debuerit. Noverat tamen
 ipse Justinus aliud esse *σκηνὴν*, aliud *κιβωτόν*,
 nam paullo ante distinxerat his nominibus
 arcam & tabernaculum. Cur ergo *σκηνὴν*
 vocat, quum *κιβωτόν* dicere debuisset? Hoc
 quoque nonne offendisset R. Tarphonem?

§. 6. Fatetur Trypho se imparatum esse
 ad respondendum Justino, *ἡμεῖς πρὸς τὰς ἐπι-*
ἐπικινδύνους ἀποκρίσεις ἐκ ἐσμέν ἐτοιμαί, & ne-
 minem se audivisse ea de re quaerentem aut
 differentem; *οὐδενὸς ἐδέξατο ταῦτα ἐ, εὐνῶν*

ἢ ἀπὸ

ἢ ἀποδεικνίῃσι ἀκηκόαμεν. Quam convenit hoc cum magnifico illo titulo, Cumulus numerum, de quo mox egi? Nec ipse Justinus alio numero habet Tryphonem, quam quodam magistros suos διδασκάλους aut ἀρχισυναγωγούς (quos passim ab ipso Tryphone distinguit) coeco impetu sequatur, οἱ γράφας ἔσονται qui sacras literas non intelligunt, & ipse non sciat quae dicat, οὐ γὰρ οἶδας ὁ λέγεις. Vos inquit, ἔσφοοί ἐστέ, ἔτε συνέλοι ἀπὸ δριμύς καὶ πανέργοι σφοοί εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον. Ita quum Justinus eos rogasset, quomodo Deus, qui interdixerat omnem imaginum & sculptilium constructionem, potuerit mandare Mosi aereum serpentem erigere, haerent Judaei nostri; & unus ex sociis Tryphonis fateatur se πολλαίς, saepe, magistros suos ea de re interrogasse, sed illos non potuisse ei respondere, καὶ εἰς μοι λόγον ἀπέδωκεν.

§. 8. Nimis facilem se passim praebet Justino, nec ea regerit, quae nunc Rabbinus aliquis, qui se vix dignum crederet, ut R. Tarphoni sandalia porrigere liceret, si ipsi talia a Christiano dicerentur, promptissime responderet. Diceres Tryphonem in sacris literis plane hospitem esse; adeo fere nihil reponit ad prolixissimas dissertationes Justini, & continuo ad alia per saltum transducit sermonem: passus tamen Justinum dicentem, fore ut hujus colloquii historiam publico exponat.
Nec

Nec hic R. Tarphonis genium agnosco,
 Quam leviter gravissimum crimen, cujus
 reos facit Judaeorum doctores Justinus, cor-
 ruptarum videlicet sacrarum literarum, tran-
 sit, Deum scire professus an ἀρχοντες τῆς λαῶν
 principes populi id patnaverint nec ne, sed
 non videri credibile, ἀπίστω ἔοικε. Justinus
 nihil tamen adtulera ad hoc probandum,
 quam dicta nonnulla Jeremiae, Ezrae & Da-
 vidi tributa, quae facilius rejicere potuisset
 Judaeus, uti ἀπόκρυφα & ὑποβολιμαία, quam
 Justinus demonstrare ea genuina fuisse, & a
 Judaeis erasa.

§. 8. Denique ex ipsa ratione temporum,
 quam tanto opere convenire dicunt, aliquid
 potest hauriri ad evertendam hanc opinio-
 nem. Scio Judaeos ipsos non convenire in
 figenda aetate R. Tarphonis, & R. Zacuthum
 in libro Juchasin, Maimonidem in praefati-
 one ad Misnam, Abarbanelem in praefati-
 one ad Nachalat Aboth, R. Gedaliam in
 Schalscheleth hakkabbala, R. Davidem Ganz
 in Zemach David, aliosque dissentire a se
 invicem, sic ut nonnulli eum aequalem R.
 Akibae faciant, nonnulli doctorem ejus.
 Hoc tamen certum est R. Tarphonem stante
 templo secundo vixisse, & inter alios cum
 avunculo suo adscendisse ad pronai sugge-
 stum. Id ex Gemara Kidduschin, loco ante
 citato, liquet. אמר ר' טרפון פעם אחת
 עליתי אחר אחי ואמי לרוכן והיטתני אוני אצל
 קהן

כהן גדול ושמעת. *Testatur R. Tarphon, se aliquando adscendisse cum fratre matris suae ad suggestum in templo, & aures suas inclinasse ad Pontificem Maximum, & audivisse. Scio quosdam commentatores (vide En Israhel fol. 493.) hoc de suggesto Levitarum interpretari, quod videlicet avunculus R. Tarphonis Levita fuerit, & R. Tarphon ex genere sacerdotali, quodque ab avunculo ductus fuerit ad suggestum Leviticum, ut tibia (חליל) caneret, aut quod, parvulus quum esset, voce ejus delectarentur inter cantus juniorum Levitarum. Verum alii inter Judaeos diserte scribunt היה כהן ואמו כהנת שאמר אחר אחי אמו כהנים לרוכן לברך ברכת כהנים. Erat (R. Tarphon) sacerdos, & mater ejus sacerdos, ideoque dicitur, quod iverit post fratrem matris suae ad suggestum, ut pronuntiaret benedictionem sacerdotalem. Vide librum Juchasin in vita R. Tarphonis. Quod omnino etiam probabile est. Adscendit ad suggestum, eo animo ut Pontificem Maximum audiret pronuntiantem nomen Dei μεγαλειου. Hoc liquere videtur ex eo, quod aurem inclinatum ad Pontificem intenderit. Quorsum ad suggestum Levitarum adscendisset? In atrio Israelitarum consistere poterat juxta suggestum hoc unusquisque privatus Israelita. Omnia suadent gradus pronai, id est, suggestum sacerdotum, hic intelligi oportere. Quod si R. Tarphon aut sacerdotis munere functus fuerit stante*

templo secundo, aut certe istius aetatis, ut apte judicare de modo pronuntiationis illius sanctissimi nominis Divini potuerit, & ejus testimonium tanti haberi a Judaeis, ut insertum sit corpori Talmudico, oportet certe adeo grandem natu fuisse Tarpho nem, quum disputaret cum Justino, ut vix tempus aliquod inveniri possit tribuendum isti institutioni, quam se accepisse a Corintho Socratico testatur. Nam in eo fere viri eruditi conveniunt, circa annum a Christo nato 150. hunc dialogum esse a Justino conscriptum.

§. 9. Quae quidem omnia si juncta contemplerur (nec enim singulis, quae protulimus *ἀποδείξεις* inesse fateor) efficiunt, ut credamus alium fuisse R. Tarphonem doctorem Lyddensem, alium Tryphonem Ephesinum. Dicit eum τῶν τότε Ἑβραίων ἐπιστημώτατον Eusebius lib. IV. cap. 18. histor. eccles. & Sophronius ἀρχηγὸν Ἰσραήλων, ita reddens verba Hieronymi, qui principem eum Judaeorum dixerat in lib. de scriptoribus ecclesiasticis; quae nobis adversa non sunt, a Suida explicata per ἀρχηγὸν τῶν ἐν Ἐφέσῳ Ἰσραήλων, principem Judaeorum, qui Ephesi erant, non liquet mihi, qua fide hoc testentur, quum non indicent unde hauserint. Et fuerit ἐπιστημώτατος, ergone nullus alius, quam R. Tarphon esse potuit? Sane, si tales fuerint ἐπιστημώτατοι τῶν Ἰσραήλων, oportet miseros fuisse theologos inferioris subsellii doctores. Opponimus

Eusebio ea, quae ex dialogo ipso protulimus, quae nisi diluantur, diversos illos esse omnino existimabimus.

IV.

THEODORI HASAEL,

DE

NONAGINTA NOVEM JUSTIS,
NON INDIGENTIBUS PAE-
NITENTIA,

ad locum Lucae XV: 7.

DISSERTATIO.

in qua simul,

quæ sint ΤΑ ΠΝΕΥΜΑΤΑ ΤΩΝ ΔΙΚΑΙΩΝ ΤΕ-
ΤΕΛΕΙΩΜΕΝΩΝ,

in epistola ad Hebraeos XII: 23.

explicatur.

SUMMARIUM.

Locus Luc. XV: 7. suas habet difficultates §. 1. Multi illo ad suos errores palliandos abutuntur §. 2, 3, 4. Nostra sententia, Tractationis methodus. §. 5. Haec explicatio (A) convenit cum *significatione* verborum. §. 6. Beatipost resurrectionem dicuntur Δικαιοι in S. literis §. 7. & צדקים in scriptis Judaeorum §. 8. Illi quoque dicuntur *egisse paenitentiam*. בעלי תשובה. §. 9. Confertur cum his Paulina Phrasis ad Ebr. XII: 23. Πνευματων δικαίων τετελειωμένων esse ani-
mae

mas beatorum in caelis contra *Ligtfootum* & *Braunium* probatur. §. 10. sqq. Judaei distinguunt inter *Iustos* & *Spiritus Iustorum*. Quid illis נשמת צדיקים, §. 11, 12. Διγγοι τελεθειωμενοι Pauli sunt Judaeorum צדיקים גמורים. Quid per hos intelligant §. 13. Tres habent Judicandorum classes. *Perfekte justos*. *Perfekte impios*. *Medios*. §. 14, 15. Tales dicunt judicari à Deo singulis Januarii Kalendis §. 16. *Rhenferdii* de hoc loco conjectura §. 17. *Perfekte justis* dicuntur beati in futura vita §. 18. Occurritur objectioni, quomodo beati coelites dici possint esse in *eremo* §. 19. Patrum de hoc loco sententia, qui per *eremum* intellexerunt *coelum* §. 20. Ἐρημος notat non loca prorsus inculta, sed *pascua* & *graminosa* apud scriptores sacros ex coll. Matth. XVIII: 12. In montibus pascebantur greges §. 21. Ita loquuntur scriptores V. T. מדבר. §. 22. Et Novi. Locus Matth. III: 1. XIV: 15. Marc. VI: 31, 32, illustrantur. Locus non sterilis, sed amoenus fuit, in quo olim Christus tot M. cibavit. §. 23. Et οἱ ἔξω scriptores Graeci & Latini §. 24. Et Hebraici. *Pascua* ovium in *desertis* erant frequentissime. Ἐρημα. §. 24. דבר rationem habet *ducendi*. Locus Es. V: 17. illustratur. דרבן. §. 26. מדבר esse potest *ovile*. *Desertum* itaque symbolum *coeli* §. 27. Quae proportio numeri XCIX. ad unum. Numerus C. notat multos §. 28. Convenit (B) cum *scopo* hujus, & reliquarum parabolarum. Gentiles dicuntur ἀμαρτωλοι. §. 29. Vis argumenti, quo *Servator* utitur, ostenditur, Magis delectamur rebus, quae nobis praeter spem feliciter eveniunt, quam quibus tuto fruebamur. §. 30. Recte provocat ILL. ad Judaeorum conscientiam §. 31. Atque ita (C) difficultates ab aliis ex hoc loco motae facile evanescent §. 32. Neque adorationi sanctorum quidquam heic restat praesidii. *Conclusio* §. 33.



Variis interpretationibus, neque paucioribus difficultatibus obnoxia semper fuerunt optimi Servatoris verba, quae apud D. Lucam commate septimo Capitis XV. leguntur, quibus docet fore majorem in caelo laetitiam ob unum peccatorem respicientiam agentem, quam ob nonaginta novem justos, qui EA HAUD INDIGENT. Cum enim nullus hominum vere sit *δικαιος*, sed OMNES peccarunt *ὅσους μὲν οὖν ἦν* *ὁ θεὸς* Rom. III: 23. OMNESQUE in multis impingamus, Jac. III: 2. Atque adeo habeamus precari, ne Deus nobiscum velit ingredi in iudicium, quia Nullus viventium coram eo justus est, Pl. CXLIII: 2. neque homo possit justus declarari coram illo, Job. IX: 2. Neque in terris ullus vivat, qui recte agat, neque peccet, Eccl. VII: 20. Reg. VIII: 46. immo confiteri necesse sit, nos OMNES esse immundos, & JUSTITIAM nostram esse instar commaculatae vestis, Es. LXIV: 6. Jure anquiritur, quinam ergo illi *ΔΙΚΑΙΟΙ* sint, quorum meminit Sospiator noster, & quomodo de iisdem diciqueat, *iis non opus esse poenitentia*, cum sine illa tamen nemini ad Deum accedendi solida esse spes possit. Praeterea, cum eo majoribus soleamus incedere laetitiis, quo plures majoresque sunt causae, quibus ad laetandum impellimur, mirum sane videri posset, quomodo majus in caelo exoriri possit gaudium

cum ob UNICUM peccatorem respicientem, quam ob XCIX, respicientia non egentes, cum tamen exigua, ac paene nulla inter hos numeros sit proportio.

§. 2. Et, quod magis est, multi, qui ab ἀναλογία της πίστεως, καὶ ὑποστάσεως τῶν ὑγιαίνοντων λόγων longius, quam par est, abeunt, his verbis ad incrustandos errores suos abusi fuere frequenter, atque abutuntur etiamnum. Ita illi, qui peccati originalis labem infitiantur, heic putarunt se invenisse, quod non pueri in faba. Si enim omnes, inquit, ea essent infecti, omnibus illa serua eluenda foret paenitentia, at vero sunt, ex testimonio Servatoris nostri, qui hac non indigent, oportet itaque esse, qui isthac quoque naturali macula nunquam fuere adpersi. Parem in modum ratiocinantur, qui non solum existimant ad eum perfectionis gradum homines in hac vita pervenire posse, ut ab omni vitio, nulla unquam μετανοία expiando vivat immunis, verum etiam qui audent afferere, homines propriae naturae viribus a prima aetate ita integros vitae, scelerisque puros posse vivere, ut omni carere possint morum emendatione.

§. 3. Sunt, qui necessitatem baptismi quantum in se est, extenuare conantes, inter alia hoc utuntur argumento, Baptismum esse sacramentum regenerationis, adeoque non omnibus opus esse baptismo, quod non
 omni

omnibus opus sit regeneratione, regenerati-
 one autem non opus esse omnibus, inde
 confici posse volunt, quod quibusdam non
 opus sit μετανοια, quae a regeneratione di-
 velli aegre queat. Quidam satisfactionibus
 humanis, i. e. poenis ab hominibus ad expi-
 anda crimina injunctis opus esse, ad eoque
 μετανοιαν rationem habere poenae afferentes,
 id quoque ex illo ejus vocis usu probare se
 posse augurantur.

§. 4. Denique illi, qui Sanctorum jam
 coelitem cultum defendunt, eosque a nobis
 in terra viventibus adorandos esse censent, in
 his quoque verbis non leve causae suae prae-
 sidium reperiri arbitrantur. Cum enim illi,
 quibus illud persuaderi non potest, inter alia
 argumenta, quibus utuntur, id quoque
 haud infimo loco collocent, quod preces,
 vel tum etiam, si pro aliis velis intercedere,
 nunquam ad eos dirigendae sint, ad quorum
 aures non pertingunt, qui neque nos, ne-
 que nostra norunt, quique adeo in iis rebus,
 quas juxta cum ignarissimis sciunt, nobis ne-
 queunt esse auxilio. Tum vero respondent
 illi, Sanctos coeli incolas, res nostras, atque
 ea, quae in his terris gerantur, non igno-
 rare, idque ex hoc loco colligi posse volunt,
 quomodo enim, ajunt, in coelis oriri posset
 gaudium ob conversionem peccatoris, quae
 in terris fit, si non, qui in coelis commo-
 rantur, ad rerum terrestrium cognitionem

pervenirent? Et si, ajunt angeli in coelis gaudent super peccatore resipiscente, sequitur ipsos scire interiores cordium motus, ex quibus salutaris paenitentia proficiscitur. Quod si hoc; compellandi atque invocandi erunt, & ita etiam reliqui beati, qui sunt ἰσάγγελοι, unde enim sciunt angeli conversionem peccatorem, inde etiam reliqui sancti nostras preces intelligunt. Haec illi.

§. 5. Verum enim vero facili negotio haec omnia refelli, atque uno veluti halitu diffusi possunt, ubi modo recte intellexeris, qui per illos, qui laetitiae coelesti causam praebituri erant, tam *nonaginta novem justis, qui non egent paenitentia, quam unus ille peccator resipiscens*, innuantur. Neque necesse esse existimamus varias variorum sententias colligere, atque expendere solertius; Quin, quid nobis eam in rem in mentem venerit, sine longa circuitione aperiemus. Videlicet per illos IC. totam illam multitudinem fidelium, qui sub temporibus promissionis & Veteris Testamenti usque ad ea, quibus Christus loquebatur, peracto vitae hujus cursu in coelum jam recepti, aeternaeque felicitatis compotes redditi erant, quos D. Paulus dicit *ad gloriam introductos* Ebr. II: 10. & in eadem epistola XIII: 23. vocat πνευματωτα των ἰσάγγελων τετελειωμενων; Per *Hunc* autem *unicum*, unumquemque hominum, qui vorticordia spiritus S. gratia adjutus, *pristin*

nis derelictis moribus emendataque vita, ad Deum se serio convertit, atque ita e statu naturae ad statum gratiae transfertur, intelligendos esse censemus. Atque in his comprobandis, ea utemur methodo, ut *primo* haec cum genuina verborum significatione atque emphasi, *deinde* cum scopo loquentis ac *συναφεία* totius sermonis convenire apprimē, *denique* hac ratione optime difficultates omnes, quas in his verbis videri delitescere vidimus, tolli posse ostendamus.

§. 6. Quod itaque (A) ad phrasin adtinet; *δικαιοι, ὅστινες οὐκ ἔχουσιν ἄχρῃς τῆς μετανοίας*, qui peccatoribus opponuntur, recte ita dici sanctos ab omni labe ac peccati contagio puros, aeterna, neque unquam terminanda felicitate in coelis fruētes, unusquisque facile videt: Cum enim in his terris nullus mortalium sit *justus*, cum omnes firmus *peccatores*, cum nemini sine regeneratione, adeoque paenitentia spes esse possit aeternae salutis, cum impingamus quotidie, adeoque, dum superamus, quotidiana egeamus poenitentia, ecquis non animadvertit, haut alios **JUSTOS, NON INDIGENTES POENITENTIA** dici posse, quam eos, qui in hac vita & Spiritu Christi redditi sancti, & sanguine *διὸ ἁγία δεινός*, post emensum hujus vitae curriculum coram tribunali Dei obimputatam illis Servatoris nostri justitiam, id

quod sanctis, atque ad amussim iustitiae compositis actionibus, tanquam illius iustitiae fructibus ac sequelis, ostendebant, IUSTI declarati deposito corpore peccati, atque ab eorum sordibus plene mundati, atque intaminata sanctitate non minus, fulgentes quam felicitate fruentes perpetua, nulla amplius indigent PAENITENTIA.

§. 7. Huic autem explicationi cum alio loquendi modis, quibus utitur scriptura, bene convenit. Ita, quando de resurrectione aut futura beatitudine Sanctorum defunctorum sermo instituitur, illi nomine ΔΙΚΑΙΩΝ insigniuntur frequentissime. Sic de δικαίους dicitur fore, ut luceant instar solis in regno patris eorum Matth. XIII: 43. Olim in consummatione saeculorum mali των δειγμων separabuntur, vs. 49. Sepulchrorum των δειγμων fit mentio ib. XXIII: 29. δικαίους vita aeterna adsignatur ib. XXV: 37. 46. Cum quo loco omnino conferri debet Es. XXVI: 2. Resurrectionis των δικαίων fit mentio apud nostrum Lc, XIV: 14. & in Act. XXIV: 15. Illa autem phrasis videtur arcependa esse ex vulgari Judaeorum loquendi ratione, qui de piis mortuis, eorumque post hanc vitam statu loquentes vix alio eos nomine appellant, quam των צדיקים id quod plus sexcentis locis, si tanti res esset, possem evincere. Saltim id quoque ab iis factum circa

circa tempora Christi, ex auctore patet libri
Sapientiae, Vide omnino eum III: 2. IV: 7.
V: 1, 16.

§. 8. Immo, qui non in scriptis Rabbi-
norum hospites sunt, ignorare non possunt
maximam eorum partem, docere *solos* צדיקים
cum exclusione reliquorum omnium, post
hanc vitam esse superstites, atque olim resur-
recturos, secundum vulgatum eorum dictum,
כי תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים
quod vivificatio mortuorum sit JUSTORUM,
& non impiorum; hinc frequenter dicunt; גן עדן
צדקים *paradisus est locus justorum.* Quin & so-
los eos dicebant vivere, et si mortui sunt,
cum reliquos in mortuorum numero repu-
tarent, tametsi vivebant: Notabilia verba sunt,
quae in Germanico libro Minhagim, impref-
so Amstelodami f. 67. leguntur; Darum heist
man auch das בית הקברות (sepulchrum) בית
חיים (domum viventium) man solt es billig
heissen בית המתים, (domum mortuorum)
aber die צדיקים, (δικαιοι) die darauff sind/
wann sie schon tod sind/ dennoch leben sie/ und die
רשעים, wann sie schon leben / da seyn sie tod.
Hoc fundatur in dicto Rabbitorum, quod
in sepher Ir Gibborim R. Ephraimi fol. 14.
col. 4. legitur רשעים בחייהם קרוין מתים
והצדיקים ואפילו במיתתן קרוין חיים
*Impii vel in vita vocantur mortui, & justii vel in morte
vocantur viventes.*

§. 9. Neque solum ea phrasis, qua post hanc vitam superantes, dicuntur justus, sed & cum de iis sermo est, illa quoque occurrit, qua dicuntur *poenitentiam egisse*. R. Saadias in ספר האמונה fol. 36. vs. 2. ita scribit: **אם ישאל שואל מי יהיו מן האומה בעת הישועה** *Si quis quaereret, qui reviviscent ex populo (Israelis) in tempore salutis?* (nota hanc phrasin) respondebo & dicam, **omnis JUSTUS, & qui egit POENITENTIAM**. Ejus rei subjungit statim hanc rationem; *Qui enim moritur absque poenitentia punitur. Ita videtur esse rationi conveniens, quoniam Creator promisit poenitentiam agenti plurimis in locis scripturae, quod velit illum suscipere, & praeterea ex verbis Rabbiorum nostrorum necessitas promissionum factarum omni poenitenti confirmatur.* Ita solos poenitentes resurre. Eturos docet R. Moses de Trana in beth Elohim f. 117: Oct. 1. ad locum Num. XV: 31. **הנפש עונה בה שלא חזר בתשובה בהיותו בחיים אונה זוכה לתחיית המתים נו** *Anima super qua est iniquitas, quae non revertitur per poenitentiam, cum in vivis est, illi non est jus ad resurrectionem mortuorum in diebus salutis, si quis autem per poenitentiam se convertit, etiamsi fuerit ob iniquitatem plane excisus, meretur tamen resurrectionem.* Ex quibus putem non parum Servatoris, nostri verba illustrari, & hinc patere, *justos non egentes poenitentia, ex phrasi Judaeis*

daeis usitata, commode significare posse, animas defunctorum, qui ad Deum, cum viverent, per poenitentiam conversi fuere, adeoque non amplius eadem indigent.

§. 10. Sed clarius haec innotescant, si cum hac Christi phrasi illam contulerimus, qua ejus Apostolus D. Paulus utitur Ebr. XII: 23. Quos enim ille vocat ΔΙΚΑΙΟΥΣ, hic appellat Πνεύματα τῶν ΔΙΚΑΙΩΝ, quique illi sunt οὐκ ἔχοντες μετανοίας huic dicuntur τετελειωμένοι. Neque etiam dubitamus Paulum indicaturum communionem, quae piis in terris viventibus, cum incolis coeli, & Deo & angelis, & sanctis intercedit, hac phrasi usum esse, ut innueret eos, qui post absolutum vitae hujus cursum aeterna in coelis quiete ac gloria fruuntur. Aliter ac clarissimis Viris Johanni *Ligtfooto* & Johanni *Braunio*, illi in Horis ad Lucam Op. T. II. p. 541. huic in supra hanc epistolam commentario visum fuit, qui illam phrasin de hominibus justis adhuc in terra viventibus interpretantur. Neque enim id nunc, ex συναφείᾳ totius textus, atque Apostoli scopo, sed tantum ex verborum vi atque usu demonstrabimus. Quis enim πνεύματα de animabus corporibus suis adhuc alligatis explicabit? quis non ita dici solum eas posse, quando ex ergastulo suo liberati sunt intelligit? Certe ea locutio tantum invaluit apud Judaeos, ut statum, in quo pii erunt post hanc vitam ad diem futurum judicii, vocent

עולם הנשמות, saeculum των πνευματων. *Di-*
caus autem dici fideles post hanc vitam fu-
 perstites jam a nobis abunde visum est. Un-
 de, quae πνευματα sint δεικνυω, unusquis-
 que sponte sua, haud difficulter cognoscet.
 Quid nimirum aliud, quam αιψυχαι ΔΙΚΑΙΩΝ,
 quae sunt in manibus Dei, neque ullo tormento ex-
 agitantur, sicut legitur in libro Sapientiae III:
 1. Cum quibus conferri debet Asariae Can-
 ticum, in quo vs. 86. ΨΥΧΑΙ ητοι ΠΝΕΥΜΑ-
 ΤΑ ΔΙΚΑΙΩΝ ad laudes Dei excitantur. Si-
 milis phrasim eo sensu occurrit in libro IV.
 Esdrae, IV; 36. ubi animae justorum comme-
 morantur.

§. 11. Alias Judaei discrimen faciunt inter
 justos, & Spiritus Justorum, per hos scilicet in-
 telligunt pios in statu glorioso post resurre-
 ctionem mortuorum, illos autem vocant
 pios defunctos, donec eorum animae in die
 judicii rursus sociabuntur corporibus. Do-
 cuit id me R. Meir ben Gabbai in libro Avodath
 hakkodesch impresso Cracoviae a 1577.
 Ita ille fol. 53. col. 3. חול כשמוכרים עולם
 הנפשות בלתי גופות אין מוכרים צדיקים אלא
 נשמתן של צדיקים או נפשותן של צדיקים
 וכשמוכרים בעולם הבה אחר התורה שיש
 שם גוף מוסריכ צדיקים: *Quando Rabbinii*
nostri p. m. mentionem faciunt saeculi, in quo ani-
mae separatae à corpore, non eos vocant justos,
sed Spiritus sive animas justorum (ψυχας vel

πνευματικῶν δικαιοῦν) quando autem commemorant
 Saeculum futurum post resurrectionem, ubi est
 corpus junctum animae vocant justos. Eadem
 confirmantur paulo post fol. 55. col. 4. ubi ex
 Vajickra Rabba, Pircke R. Elieferis, Bava
 Bathra, & Ofioth R. Akifae docuisset, in fu-
 turo seculo Deum convivium paraturum,
 JUSTIS ex carne Behemoth & Leviathanis,
 cujus pascua se extendant super mille montes
 ad cibum JUSTORUM, addit. **אשר יתבאר**
מכל זה כי בוכרם צדיקים הכוונה שהתענוג
העתיד לעולם הבא הוא בגוף ונפש בנגן עדן:
Ex his omnibus constat, quod quando mentio fit
JUSTORUM, indicetur voluptatem saeculi futuri
esse corporis & animae in hortu Edenis, s. Para-
diso; tum enim pergit cognitio erit CONSUM-
MATA, & pertinet ad lucem primam, quae est
sapientia suprema.

§. 12. Ita in precibus quotidianis, quae
 in eorum libro precum, quem **תפלות מכול**
השנה, Germanice, *das dicke Tephilla*, vo-
 cant, exstant, Deum rogant, ut fol. 48. col.
 3. videre est, ut velit fieri animas suas dignas,
לשכון עם נשמת הצדיק הזה שנקבר פה:
quae cohabitent cum ANIMA hujus JUSTI ibi
sepulti; Porro in precatone, qua utuntur,
super sepulchris eorum, quos in numero
sanctorum habent, quae legitur fol. 49. non
solum rogant, ut animae eorum dignae fiant
cohabitare animabus Patriarcharum in paradi-
so,

so , sed & : שׂאֵר צְדִיקִים וְצַדִּיקוֹת בְּנֵן עֵדֶן :
reliquorum JUSTORUM & JUSTARUM in
paradiso. Insignis praeterea locus est , &
 ex quo , quid per πνευματικῶν δικαίων intellexe-
 rint Judaei , clarissime cognoscas , qui in ex-
 cerptis Gemarae codicis חגיגה C. II. Misn.
 quae cl. I. H. Hottingerus edidit , pag. 30. le-
 gitur. Ibi cum varia recenseantur , quae in
 coelis sint V. gr. *justum , judicium , clementia ,*
thesauri vitae pacis & benedictionis , porro ad-
 duntur , נשמתן של צדקים ANIMAE JU-
 STORUM , five πνευματικῶν δικαίων. Eamque
 in rem adfertur locus I. Sam. XXV : 29. *Erit*
anima Domini mei ligata in fasciculo viventium
apud DOMINUM Deum tuum. Ex quibus non
 parum putem haec verba illustrari posse.

§. 13. Pari ratione etiam alterum Epi-
 theton , quod additur τετελειωμένων non solum
 ex collatione loci I. Cor. XIII : 10 , ubi το
 τελειον ad futurum saeculum referendum es-
 se docemur , sed & in primis ex Judaeorum
 scriptis explicari debet. Eosdem enim notat,
 quos illi צְדִיקִים נְמוּרִים appellabant. Scio
 quidem hanc phrasin illam adhibere de viris
 sanctitatis pereximiae , dum adhuc in terris
 vivunt. Observatum id in primis est à Cl.
 Ligtfooto in horis suis ad hunc Lucae locum
 ubi probat Judaeos , distinctionem facere צְדִיקִים
 צְדִיקִים , & צְדִיקִים נְמוּרִים , perque illos
 intelligere , qui diu quidem , non ita , ut eos
 decue-

decuerat, vixerant, at sero tandem per pae-
 nitentiam, ad meliorem frugem redierant,
 unde eos dicebant בעלי תשובה *paenitentes*
 per hos autem, illos, quos putabant, nun-
 quam à justitiae semita deflexisse, sed ei con-
 stanter atque sedulo operam dedisse. Quae
 quidem observatio non solum verbis Servato-
 ris nostri lucem adspersit, sed & simul docet
justos non egentes paenitentia, eosdem ex phra-
 si Judaeorum esse cum illis, quos Apostolus
justos vocabat *consummatos*. Ceterum locis
 à Ligtfooto citatis liceat addere testimonium
 Menassis ben Israelis, quod in ejus Nisch-
 math hajim, impresso Amstel. a. 1652. f. 27.
 col. 2. existat. Ibi, cum in septem ordines
 dispescuisset incolas Paradisi inferioris, de
 septimo ita loquitur, כה המישהו אלו בעלי
 תשובה במקום שבעלו תשובה עומדים
 צדיקים נמורים אין עומדין: *Septima classis est*
eorum, qui paenitentiam egerunt, in eo autem loco,
ubi stant paenitentes, non stant per-
fecte justis, δικαιοσ τετελειωμενος, inter
 illos autem בעלי תשובה. - sive paenitentes
 in Paradiso considerare Adamum ex Jalkut cha-
 dasch fol. 56. col. 112. n. 28. discimus. Alias
 hoc encomium *perfecti justis* tribuitur R. Josuae
 ben Levi in libro אמרו רז"ל fol. 136. שרבי יהושע בן לוי צדיק נמור היה:
Dicunt
Rabbini nostri p. m. quod Josua filius Levi fuerit
perfecte justus.

§. 14. Alias Judaei tres ponunt classes olim judicandorum. Abarbanel in Nachalaf Afos ostensurus resurrectionem olim universalem, neque ad solos justos restrictum iri, ita scribit rad. 13. אם לא יקומו בלתי הצדיקים אך יהיו שלש כתות ליום הדין של צדיקים גמורים של רשעים גמורים ושל בינוניים כדברי הנביא. *Si solum resurgent justi, quomodo erunt in die judicii tres classes justorum perfectorum, impiorum perfectorum, & intermediorum, secundum sententiam Baraita?* Hac voce constantem Talmudicam traditionem inveniunt, & respiciunt, ea, quae in Gemara Babyl. in Mass. Rosch hafchana c. 1. fol. 16, col. 2. leguntur ex traditione domus Schammai; שלוש כתות ליום הדין אחת של צדיקים גמורים ואחת של רשעים גמורים ואחת של בינוניים ונ"ו. *Tres ordines erunt in die judicii, una PERFECTE JUSTORUM (i. e. sicut in Tosephot mox explicatur, quorum actiones bonae longe superant malas) altera perfecte impiorum (i. e. quorum crimina plura sunt rebus bene gestis) tertia intermediorum, (quorum malefacta exaequant benefacta) Perfekte justii statim scribentur atque obsignabuntur in libro vitae; Summe impii scribentur illico atque obsignabuntur ad gehennam, juxta Dan. XII: 2, Intermedii descendunt ad gehennam, & ejulant & ascendunt. Quae ad horum explicacionem adtulit R. Bechai vide apud Buxt. in C.*

III. Syn. Jud. Eadem quoque habet R. Menasses ben Israel in libro Nischmath chajim C. 17. fol. 44. col. 1, 2. ubi simul indicat Deum cum hominibus tria instituere judicia, primum singulis Kalendis primi mensis, alterum statim, postquam anima corpus dereliquit, tertium autem in magno die judicii, atque ad illud ea, quae ex Talmude adduximus, refert.

§. 15. Haec etiam adducit R. Isaac Abarbenel in Comm. ad Danielelem, quem מַעֲשֵׂי יְשׁוּעָה inscripsit ad locum prophetae VII: 10. ejusque sententiae, de triplici illo judicio, & de tribus judicandorum classibus, patronos adducit quidem R. Mosen Nachmanidem, & R. Saadium, sed & eos simul refutat, conatus ostendere, post illud judicium, quod statim à morte habebitur, in quo super unoquoque sententia decretoria pronunciabitur, non aliud expectandum fore. Excerpemus tantum Latine locum, in quo de adductis ex Talmude verbis disputat, quod ex eo Ebraeorum de hac re sententiae constant clarius.

Quod autem, ait ille, adinet illam Barajetba, sive traditionem Talmudicam, quae in primo capite tract. Talmudici de principio anni occurrit, de tribus classibus, quae erunt in die judicii, quam etiam R. Salomon Jarchi & Nachmanides de tertio judicio, de quo loquuntur, explicant, affirmo, quod tamen sine detrimento excellentiae doctrinae illorum dictum sit, quod illa Barjetba non

tequatur, nisi de illo iudicio, quod contingit uni-
 cuique hominum in morte sua; atque ita etiam
 Theodorus Levi, p. m. in בְּהַרְוֵשׁוֹ (novis suis
 sc. animadversionibus) ad Massechet Rosch
 baschana explicuit, ubi scribit, quod tres illae
 classes in die iudicii, statim sint post mortem,
 quando omnis homo iudicatur juxta opera sua.
 Eodem modo etiam interpretatus est auctor libri
 Michtham in explicatione istius Gemarae. Et
 hinc clare patet, quod in verbis illis Doctorum
 nostrorum p. m. nihil inveniamus aliud, quam
 quod homo in duobus iudiciis iudicetur, primo
 scilicet, in initio anni, ex tribus libris apertis,
 & secundo, juxta illam Barjetba, quam addu-
 ximus. Et quae sequuntur. Earundem quo-
 que trium classium meminit Joseph Albo in
 Sepher עֲקָרִים fol. 147. col. 1. ubi etiam, ut ex
 Talmude & Menasse ben Israel vidimus, ju-
 stos perfectos dicit נִכְתָּבִים וְנִחַמְתָּיִם
 לְאַתֵּר לַחַי הָעוֹלָם הַבֵּא scriptos esse atque
 obsignatos subito inter vivos saeculi futuri. Qui-
 bus aut multum fallor, aut adspergi potest
 lux Apostolo nostro, qui eodem versiculo,
 quo meminit δικαίων τετελειωμένων, etiam me-
 minit Dei omnium JUDICIS, & ecclesiae
 primogenitorum in coelis CONSCRIPTO-
 RUM, sicut visum est, Judaeos, cum com-
 memorant justos perfectos, eos simul facere
 classem illorum, qui in JUDICIO divino ap-
 parent, & dicere eos inter viventes esse ad-
 scriptos.

§. 16. Quemadmodum autem ex his patet inter classes olim in iudicio universalis iudicandorum quoque esse, ordinem consummate justorum, ita eundem quoque collocant haud infimo loco, inter eos, quos primo novi anni die iudicium Dei subire dicunt. Traditur illud in eodem libro Talmudico Rosch Haschana, c. 11. Verba pridem sumus Vir Joh. BUXTORFIUS, in Synag. Jud. c. XXIII. notavit, ex cuius versione ea heic exhibere liceat. Ita ibi Gemarici: *Rabbi Johchanan dixit: Anno exeunte tres libri aperiuntur, unus pro iis, qui ad impietatis culmen pervenerunt (רשעים נמורים) alter pro summe justis (צדיקים נמורים) tertius pro intermediis (בנוניים) Summe justis ad vitam statim inscribentur: summe impii ad mortem; Impiorum causa ad diem expiationum differtur. Si bene interim se gerant, multamque agant poenitentiam, adeo ut à bonis eorum operibus mala excedantur, bene se res habet, si vero secus faxint, adeo ut mala opera bonis praeponderent, illico ad mortem inscribentur. Et quae sequuntur. Vide cit. Buxt. p. 482. sqq. & Confer Henr. Houtingii comm. ad tr. Talm. de festo novi anni p. 38. seq.*

§. 17. Celeberrimus Vir, & in his literis, dum superabat, princeps Jac. Rhenferdus ante decennium circiter, sc. XVI. Kal. Apr. a. clō lcccVIII. ad amicum quendam Bremensem, quem nunc cognovi esse maxime

Rev. Virum Gerhardum *Buschium*, ουεργου
 meum exoptatissimum, literas dederat, in
 quibus locum, hunc, quem tractamus, Pau-
 linum cum hac Judaeorum traditione contu-
 lerat, atque hanc illi plurimum foenerari lu-
 cis posse ostenderat, quam quidem obser-
 vationem ipsemet *commentum* vocat *novum*,
 & *novorum omnium*, quantum quidem sciebat,
novissimum, quod ei pridie tantum illius diei
 in mentem venisset. In animum induxeram
 integram illam epistolam, cujus exemplum
 mihi forte fortuna in manus incidit, hoc lo-
 co inferere, verum, dum haec ago, depre-
 hendi eadem iisdem verbis scripisse clarissi-
 mo Amstelodamensium Theologo, Joh.
 D' *Outreinio*, qui eam in sua de *Melchisedeco*,
non Henoch *diss.* quae prodiit Amst. 1713. 8.
 non exhibuit solum, sed & rationes addidit,
 cur minus illi ejus Viri conjecturae arri-
 deant. Quamobrem Lectorem benevolum
 ad ea ablego, quae ibi pag. 57-75. leguntur.

§. 18, Ceterum, cum Judaei inter judi-
 candos in futuro judicio ponant, ut visum est,
 צדקים גמורים, patet exinde hac phrasi
 eos uti, quando de defunctorum animabus
 sermo est, sed & illud nunc ex aliis locis osten-
 damus. Adhibent enim illam, quando de
 futura resurrectione mortuorum loquuntur.
 R. Meier in Af. hacc. fol. 53. col. 3 בתחיית
 המתים יחיו או צדקים גמורים In resurre-
 ctione

Etione mortuorum tum vivunt perfecte justi. | Ea-
dem habet R. Joseph. Albo in libro Ikkarim
Cap. 31. L. IV. fol. 147. col. I. quae exhibet
Rhenf. in diss. II. de seculo futuro §. 19. Idem
eodem libro c. 23. l. 1. fol. 28. col. I. scribit.
זאת התחייה יש טרבותינו שאומרים שאינו
אלא צדיקים גמורים. *Quod hanc resurre-*
ctionem attinet, sunt quidam Rabbidorum nostro-
rum, qui dicunt, eam solum spectare ad eos,
qui consummato modo justisunt. Immo audent
his perfecte justis certam assignare commo-
rationem in paradiso, sicut inter septem ha-
bitationes, in quas illum dividunt, quarta
illis tribuitur in supra citato libro כל בו, ubi
paulo post adducta verba ita legimus. הבית
הרביעי כנגד הפתח הרביעי בגן עדן והוא
בני ויפה כארם הראשון וקורותיו ומעצי זית
ובו צדיקים גמורים. Domus quarta est e regio-
ne quartae januae in Paradiso, & pulcra, sicut
primus homo, & trabes ejus ex olivarum ligno,
& sunt in ea PERFECTE JUSTI. Ex quibus
affatim liquere arbitror phrasin, qua Paulus
usus est, Judaei loquendi rationibus collatam
spiritus notare defunctorum aeterna quiete
fruentium. Observamus tantum nostram ob-
servationem non parum quoque confirmari
auctoritate interpretis Syri, qui illud ΤΕΛΕΙΩ-
ΜΕΝΩΝ vertit דאחגמרו. Quod si autem in hoc
Pauli loco tales intelligantur, eosdem quo-
que in illis D. Servatoris nostri verbis, quae

eum eo parallela esse vidimus, intelligendos esse sequitur. J. Q. E. D.

§. 19. Unicum est, quod nos fortassis aliquantum morari posset, videlicet, si Christus per *διημευς* innuat spiritus fidelium, in *coelis* triumphantes, quomodo eos paulo antea in parabola potuerit proponere sub symbolo ovium, *ἐν ἔρημῳ* i. e. in DESERTO derelictarum. Coelumne ergo, immensum illud divinae palatium majestatis, domus illa deliciarum, atque perennaturae, ac solidae felicitatis, quam una cum Trinuno Numine, tot myriades myriadum angelorum καὶ πᾶνηγυρις καὶ ἐκκλησια πρῶτολόγων ἐν οὐρανοῖς *ὑπογεγραμμένων* incolunt, horrido atque inculto loco comparabitur? Primo itaque observari velim, illam sententiam, qua *desertum* de *coelo* explicatur, non esse novam, aut heri ac nudius tertius natam, sed plerosque, & tantum non omnes ex Patribus ecclesiasticis eam esse secutos, licet prorsus alio sensu. Cum enim illi illos XCIX. non indigentes respicientia interpretarentur de angelis bonis, qui cum nunquam peccaverint, nulla etiam paenitentia opus haberent, unicam autem illam ovem perditam ac repertam de humano genere in primo Adamo perduto, at in secundo restituto, per desertum, in quo illi mansere, non aliud poterant intelligere, quam perpetuam angelorum bonorum commorandi sedem, COELUM,

§, 20. Ut autem, quae eorum sententia fuerit, clarius pateat, non pigebit adscribere eam duorum non infimi in eorum choro subfelli Virorum, verbis nimirum S. GREGORII Papae, prouti illa in ejus ad Evangelia Hom. XXXIV. nitidissimae Benedictinorum editionis Parisiensis T. I. pag. 1601. exstant.

Quia, inquit ille, centenarius perfectus est numerus, ipse centum oves habuit, cum Angelorum substantiam & hominum creavit. Sed una ovis tunc periit, quando peccando homo pascua vitae dereliquit. Dimisit autem XCIX, oves in deserto, quia illas summos Angelorum choros reliquit in COELO. Cur autem Coelum vocatur desertum, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem coelum homo deseruit, cum peccavit. In deserto autem XCIX, oves remanserant, quando in terra Dominus unam quaerebat; quia rationalis creaturae numerus, Angelorum videlicet & hominum, ad videndum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminuta; & ut perfecta summa ovium integraretur in coelo, homo perditus quaerebatur in terra. Nam quod hic Evangelista dicit in deserto: alias dicit, in montibus, ut significet in excelsis, quia nimirum oves, quae non perierant, in sublimibus stabant: Coincidunt cum his ferme dicta HAYMONIS, Episcopi Halberstadenfis, cujus quidem saeculi noni scriptoris eximii opuscula ut junctim, neque minori vel elegantia vel cura, quam qualem in aliorum Patrum edendis

scriptis doctissimi Viri ex ordine Benedicti-
 norum congregationis S. Mauri Lutetiae Pa-
 risiorum adhibent, emittantur, sane me-
 rentur. Ita hic in homiliis ad peric. Evan-
 gelicas p. m. 305. *Una ovis tunc periit, quando
 primus homo peccavit. Sed Deus, nolens huma-
 nam naturam perpetuo perire, relictis IC. ovibus
 in deserto, abiit illam quaerere, quae perierat.*
DESERTUM hic **COELUM** intelligitur. Quia
 enim desertum dicitur derelictum, recte in hoc lo-
 co coelum desertum vocatur, quoniam primus ho-
 mo peccando illud deseruit. Quod manifestius
 significare volens alius Evangelista (Matth.
 XVIII: 12.) pro deserto in montibus posuit, ut
 intelligas in excelsis. Reliquit ergo XCIX. in de-
 serto, quando illos angelicos spiritus in coelo relin-
 quens, propter nos et nostram salutem, humanam
 naturam suscepturus intravit terram.

§. 21. Non itaque nobis quisquam vitio
 vertet, si *desertum* in hac parabola eo sensu
 sumamus, qui & antiquissimus est, &
 quem Patrum *Defendit numerus, junctaeque um-
 bone phalanges*: Sed & ostendendum nunc no-
 bis est, eum non minus appositum esse
 Eum in finem notemus, Ἐρημὸν heic notat
 tam significare locum plane asperum, αἰσθη-
 σοῦ καὶ ἀπὸ πάντων ἰσχυρῶν, in quo nihil praeter sa-
 bulum, saxa, ferasque reperias, sed non ni-
 mis quidem cultum, si cum aliis locis ele-
 ganter instructis compares, irriguum tamen

ac custodiendis pascendisqua gregibus idoneum. Id (a) patet ex coll. Matth. XVIII:12. ubi, quae hic dicuntur derelicta ἐν ἐρημῳ, ibi dicuntur esse ἐπὶ τὰ ὄρη in montibus. Eadem ratione, uti fit Luc. I: 39. ubi τὴν ὄρεινὴν nominat Evangelista, quam regionem Matth. III: 1. vocat τὴν ἐρημὸν. In montibus autem greges ovium pascebantur frequentissime. Patet hoc ex Jer. L: 6. Phorbas apud Sophoclem in Oedipo vs. 1038. inde eos vocat ποιμνίους ὄρειαι;

Ἐν ταῖς ὄρεισις ποιμνίσις ἐπεσεύχεν

Ibi gregibus montanis praeceram.

Et noti sunt illi versus Batti apud Ovidium, Met. L. ll. c. 14.

Sub illis

Montibus, inquit, erant & erant sub montibus illis,

ut & illi apud Virgilium Ecl. ll. vs: 21.

Mille meae Siculis errant in montibus agnae.

Sed hoc non indiget probatione.

§. 22. Neque hoc (b) a stylo sacrorum scriptorum abludit. Apud Ebraeos enim enim מדבר vel מדברות non semper horrida, atque inhospita tesqua, aut, ut Josephi verbis utar loca ἀεικηλα διὰ τὴν ἀγνοίαν propter sterilitatem non habitata, notant, neque opponuntur τὸ ἴשוב, vel τὴν οἰκισμένην, hoc est, loco habitabili, sed cultis Judaeae regionibus, מקום שדות וכרמים, quae vineis, olivetis fetibusque abundabant. Ita Jos. XV: 61. commem-

memoratur **מדבר יהודה** *desertum Judaeae*, & tamen in illo sex urbes recensentur. Ita Jojadas a Benaja occisus dicitur sepultus in aedibus suis, **במדבר**, in *deserto* 1. Reg. II: 34 quod num in loco ab hominum omni commercio plane remoto fuerit, facile conjicies. Ita Idumaea 2. Reg. III: 8. dicitur **מדבר אדם** *desertum Edomi*, cum tamen illam urbibus suis excultam fuisse constet. Es. XLII: 11. legimus, de urbibus ac vicis *deserti*. Atque ita recte apud Jer. II: 2. **מדבר** explicatur **לא זרועה לא ארץ** terram non confitam. Immo, cum tam, frequenter in sacris *desertorum* Palaestinae fit mentio, illam autem provinciam & incolarum innumerabili multitudine excultam, tantaque ubertate, atque omnium rerum copia adfluentem fuisse sciamus, ecquis illud de prorsus incultis, atque incolis suis plane destitutis locis interpretabitur?

§. 23. Hunc scriptorum Ebraicorum loquendi modum, ut alias solent, frequenter imitantur sacri novi Testamenti scriptores. Hoc vel ex eo indubium est, quod, quando D. Johannes Matth. III: 1. dicitur **ἐν ἐρημῶσι τῆς Ἰουδαίας** vixisse, docuisse, baptizasse, id non intelligi possit de loco horrido prorsus, atque **ἀνοικητῶ**, sed de singulari quadam terrae Judaicae plaga, in qua & urbes erant, & ingens auditorum multitudo, quod nunc demonstratu eo minus opus est, quo

quo certius est, id a compluribus factum esse, contra eos, qui in iis vitae anachoreticae praesidium quaesiverunt. Unde minus accurate Interpretem Syrum ista verba reddidisse putem, per אבן אבן, cum transferendum fuisset per אבן אבן. Ita locus ille, in quo olim tam paucis panibus, piscibusque tot hominum millia saturavit Servator noster, vocatur quidem ερημος Ιοπος Matth. XIV: 15. ac Marco VI: 31, 32. illum tamen non squalidam, ac desertam solitudinem, sed amoenissima, ac pascua, veluti quaedam tempe fuisset, ex non uno indicio constat. Neque enim (α) propinquus solum erat Bethsaida, i. e. Domui venationis, quae dubio procul, quod in regione ferarum venationi apta, adeoque nemoribus suis, sylvisque umbrosa sita esset, inde nomen suum traxit, sed & (β) vernanti multoque confitus erat gramine, quod ex Matth. XIV: 19. & Marc. VI: 39. patet, ubi jubentur ἀνακλινάμενοι χλοῶν χορτῶν, ut & Joh. VI: 10. si hanc historiam cum reliquis conferre velis, ubi diserte additur. Ἦν δὲ χορτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ. Praeterea (γ) deliberrato quodam consilio videtur a Christo electus esse, ut invitante verno tempore, quo rident omnia, (tum enim haec contigisse ex col. Joh. VI: 4. patet,) aliquid otii atque oblectamenti sibi ac discipulis suis procuraret, id quod haud obscure colligas ex Marc. VI: 31. Denique (δ) undiquaque, quasi ἐν κυκλῶ, cir-

circumdatus erat cultis agris, & vicis, id quod ingens illa hominum multitudo ad Christum audiendum undique, factis quasi agminibus, tam brevi temporis spatio confluens docet, quod simul confirmatur ex sermone discipulorum, quando Matth. XIV. 15. & Marc. VI: 35, 36. Christum rogant, velit eos *dimittere*, ut abeant eis ἵνα κυκλω ἀγροὺς καὶ κωμὰς, ut panes sibi compararent.

§. 24. Neque insolitum est τοῖς ἐξῶ scriptoribus, eodem modo loqui. Ita Strabo L. XVI. Geogr. Arabiam ἐρημὴν vocat, et illa neque hominibus vacua, neque urbibus suis destituta esset, quod velle Plinii H. N. L. VI c. 28. discimus. Latinis quoque auctoribus *solitudo* locus est non prorsus incultus sed ab hominum secessu remotior, in quem quis meditationibus suis ut vacet, se tuto recipere potest. Ita Cic. L. XII. ad Atticum scribit, *mibi recessus & solitudo provincia est*. Ita mediae aetatis scriptoribus *solitudinem* aequae ac *eremum*, nihil aliud notare, quam secessum ad Eginhardum notavit Goldastus, in editione elegantissima Schminkiana p. 179. Ubi etiam observat veteres & Chronographo & chartas locum, in quo S. Gallus cellam suam recens posuerat, nunc *solitudinem*, nunc *eremum* vocare, quum tamen juxta eum cultum fertilemque agrum fuisse, Walafridus in ejus vita testetur. Addit idem ab iisdem de lacu Turcini eremo, in qua B. Meginradus

us vitam solitariam duxit, tradi, quam tamen undiquaque foecundo agro cinctam fuisse, in ejus vita observatum fit.

§. 25. Immo, tantum abest, hac voce locum plane sterilem, horridumque indicari, ut e contrario apud Ebraeos מַדְבָּר pro tractu terrarum sumatur, in quo natura animantibus pastum large ac copiose comparavit. Locus insignis est, quem in hanc rem ex codice Bavakama c. VII. misn. 7. adduxit Cl. Relandus in Geogr. S. L. I. c. 56 אֵין מַדְבָּרִין בְּהַמָּה דְקָה בְּאַרְץ יִשְׂרָאֵל אֲבָל מַדְבָּרִין בְּמִדְבָּרוֹת שְׁבַאֲרֵץ יִשְׂרָאֵל: *Pecudes minoris speciei, v. gr. oves, capras, non alunt in terra Israelitica; verum in Syria & in מַדְבָּרוֹת, (ἔρημοι) terrae Israeliticae.* Hinc idem observat hanc vocem opponi a Judaeis regionibus cultis מְקוֹם שְׂרֵחַ וּבְרִמִּים, in quibus fetetes, vineae, aut oliveta inveniuntur, quare & Midbaroth cum יַעֲרִים, i. e. *sylvis* junguntur saepius, eademque Jearim & Midbaroth respectu pasturae jura esse traduntur. Et quid vulgatus est, quam in desertis greges ovium pastos esse? Ita 1. Sam. XXV: 21. David exprobrat Nabali curam, quam in custodiendis ejus ovibus בְּמַדְבָּר (ἐν τῇ ἔρημῳ habent Alexandrini) adhibuerat. Ita Amos recensetur inter pastores Tecoae cum tamen Thekoa desertum vocetur 2. Chron. XX: 20. & ἔρημος 1. Macc, IX: 33. Pariter בְּמַדְבָּר ἐν ἔρημῳ

Ἐρημῶν collocantur ovium greges Ps. LXXVIII: 52. Ita R. Salomon Jarchi ad locum Gen. IV: 20. scribit de Jabale; הוא היה הראשון לרועי בהמות במדברות *Is primus fuit, eorum, qui pascunt pecudes in desertis.* Hinc tabernacula pastorum & mapalia frequentissime occurrere in locis desertis deprehendimus. Ita נאות (i. e. pascua, vel mansiones, pastorum vel ovium caulae Hürden / sicut & hanc phrasin Aben Esra, Kimchi, Jarchius explicant per אהלי הרועים tentoria pastorum) DESERTI dicuntur stillare pinguedine Ps. LXV: 13. Et alibi caularum deserti saepe fit mentio; Jer. IX: 10. Joel. I: 19. II: 22. & 13. Hinc factum est, ut Hebraeorum רעה non solum notet pascere, sed & errare & vagari instar gregum in deserto. Sic sumitur Num. XIV: 33. & filii vestri erunt רועים pascentes XL. annis in deserto, i. e. vagantes, secundum optimorum Interpretum sententiam. Et notabile est Suidam ἐρημῶνα, i. e. res deserti explicare θρημῶνα, i. e. pecudes, quae in locis desertis pascuntur, quasi non loca alia earum pastionibus magis apta forent. Neque desunt aliorum etiam scriptorum loca, qui pastorum commorationem in locis desertis ponunt. Ita Poëta de pastoribus Libyae loquens L. III. Georg. 341.

Saepe diem noctemque, & totum ex ordine mensem PASCITUR, itque pecus longa in DESERTA. Et elegans locus est Lucr. L. V.

Ut Zephyri cava per clamorum sibila primum
 Agrestes docuere cavae inflare cicutas,
 Inde minutatim dulces didicisse querelas,
 Tibia quas fundit, digitis pulsata canentum
 Avia per nemora, ac sylvas, saltusque reperta,
 Per LOCA PASTORUM DESERTA-

§. 26. Neque praetereundum est, ipsam
 דַּבָּר originem huc nos quasi manu ducere.
 Inter alia enim דַּבָּר, non solum apud Ebrae-
 os, sed & Samaritanos, & Syros, & Chal-
 daeos, & Talmudicos, immo Arabes non
 solum notionem habet *dicendi*, sed & *ducendi*,
regendi, ac *gubernandi*, quia homines, ut
 ille ait, *ducuntur & reguntur sermonibus*:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. At-
 que ita דַּבָּר vi etymi sui locum notat, quo
 pecudes aguntur, *ducunturque*. Inde & דַּבָּר
 notat ovile, caulam, sive, ut Kimchius ex-
 plicat מַכְלֵא הַצֹּאן, *stabulum ovium*, apud
 Mich. II:12. Huc etiam referri velim locū Es. V:
 17. aequè à Chaldaeo interprete, quam à Iouis
 ἔσδομυκονία perperam intellectum, ubi de *ar-*
gnis dicitur, *eas pastum iri* כַּדְבָּרִים, quod hi
 verterunt, *ὡς λαγούς*, ille autem παρὰ φασίαι;
 כִּמְא דְאִמֵּר עֲלֵיהֶן: *Uti dictum est de illis, Me-*
lius illi, qui vertunt juxta ordinem, morem,
rationem eorum. Sed commodissimo sensu
 transferri posse, *juxta caulās suas*, inspicien-
 ti facile patebit. Apud Arabes דַּבְרוּן
 notat arvom, sive campum, in quo seges,
 II, Fascicul. I qua

qua pecudes pascuntur, virescit, i. e. pascuum. Fortassis etiam hinc per *πελάθειον* literarum *דבר* dictus est aculeus, quo in *ducendis* ovibus utuntur pastores.

§. 27. Saltim hinc constat voci *דבר* quae *desertum* notat, arctam intercedere cognationem cum vocibus, quae ad ovium *pastionem* pertinent. Quin &, cum apud Ebraeos, ejusdem planeradicis, earundemque literarum sit *דבר*, *desertum*, & *דבר*, *ovile*, quidni eadem quoque significare dicamus, &, cum inter Ebraeos loqueretur Servator, de ovibus *במדבר* relictis, quid obstat, quo minus hanc vocem de ovium *stabilulo* interpretemur, quamquam ut eo dilabamur, ne quidem necesse esse ex ante dictis constet. Sufficit, sive hic *desertum* retineamus, sive de *caula* dictum velimus, intelligi locum, non squalidum, horridumque, sed herbosum, viridem, pascendis ovibus maxime aptum, in quo fixa mapalia quietas tutasque a luporum insidiis sedes lanigero gregi praebebant. Quae cum ita sint, illas oves *ἐν ἐρημῷ* derelictas, quis non videt elegans esse symbolum posse felicis illius ovium gregis, *deliciarum* ac *peculii* magni illius *Ἀρχιποιμενος*, hoc est *animarum*, *τῶν δικαίων τελελειωμένων*, qui

--- post varios casus, post tot discrimina rerum
Venere in COELUM, sedes ubi fata quietas,
Tutasque ostendunt; --- J. Q. E. D.

§. 28. Interea morari nos nequit numerus ille *Nonaginta Novem* oppositus *uni* peccatori, quasi striete eadem heic proportio debeat retineri. Pervulgatum id enim esse Hebraeis, ut, ingentem aliquem numerum cum exiguo comparaturi, XCIX. opponant uni, ex eorum scriptis jam pridem observavit *Ligtfootus* in Horis Ebraicis, cum ad Matthaeum XVIII: 12. tum ad hunc locum, quem tractamus. In sacris quoque alias numerum *centenarium* multitudinem, non tamen omnino maximam, indicare ex Matth. XVIII: 28. XIX: 29, Marc. X: 30. & Luc. XVI: 5. 7. videre est. Quicumque porro operae pretium ducet, haec investigare solertius, deprehendet inter omnes hujus loci interpretationes nullam occurrere, in qua aequae commode ἀναλογίᾳ utriusque numeri institui queat, quam in hac, si animas jam tum, cum Christus loquebatur, coelo receptas cum illis hominibus, inter quos tum ille versabatur, ad meliorem frugem convertendis velis, comparare.

§. 29. Nihil itaque est, in verbis ac phrasibus Sacri textus, quod nostrae interpretationi posset obesse, videndum nunc quoque, an ea (B) cum scopo loquentis, totiusque συναφῆς sermonis queat conciliari. Qualis autem ille fuerit, haud difficulter ex collatione Commatum 1. & 2. discitur. Cum enim πάντες εἰς τελῶνα καὶ ἀμαρτωλοὶ ad illum

I 2 lum

lum adcessissent, eum audiendi causa, quam aegre illius cum hoc hominum genere conversationem ferrent, & voce & murmurationibus palam faciebant; opprobrantes ei, quod PECCATORES susciperet, neque cum illis cibum capere detrectaret. Respondet his Servator in sequentibus, idque agit potissimum, ut, cum suarum actionum iis exhibeat apologiam, cum vero iis murmuris atque invidiae eorum non sine sale ostendat turpitudinem. Cum vero duo hominum genera huic rei occasionem praebuissent, ΤΕΛΩΝΑΙ καὶ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ, horum, sc. peccatorum generalius sumtorum conversionem sibi curae cordique esse debere, docet duabus prioribus parabolis & de ovis & de drachma perditis; Utriusque enim eundem putamus esse scopum, idem argumentum. Posterior autem parabola de filio perdito, ac restituto spectare potissimum videtur ΤΗΣ ΤΕΛΩΝΑΣ, i. e. gentiles, quia Romani suae gentis homines maxima ex parte vectigalibus publicis tractandis admovebant, ita ut illa, quam male agerent Judaei, si conversionem instantem gentilium tam limis oculis adspicerent, praecipue ostendatur, id quod à viris praestantissimis singularibus etiam commentariis adsertum est. Quamquam, si quisquam per publicanos & peccatores eosdem putet sibi intelligendos, cum & illi saepissime jungantur, Matth. IX: 10, 11. XI:

XI: 19. XVIII: 17. Marc. II: 15. Luc. V: 30.
 VII: 34. & ethnici κατ' ἐξοχὴν appellentur,
 ἀμαρτωλοὶ Matth. XXVI: 45. coll. Marc. X: 33.
 & Matth. XX: 19. Gal. II: 15. immo, qui
 uno in loco vocentur *publicani*, alibi dicantur
peccatores, confer Matth. V: 46, 47. cum
 Luc. VI: 32, 33. 34. & Luc. XVIII: vs. 10, 11.
 cum comm. 13. non magnopere refragabor,
 neque hoc ad ipsam rei causam multum facit.

§. 30. Quin videamus potius, qua ratiocinatione Sospitatori nostro uti placuerit. Scilicet, ita comparatum est natura, ut diuturna alicujus rei possessio delectationem, quae ex illa capitur, soleat sensim minuere, neque recordatio bonorum, quae tuto in foenore posita secure ac sine metu amissionis possidemus, ea soleat animum permulcere voluptate, quali perfundi ille solet, cum inopinato ac praeter omnem expectationem thesaurus tibi dives in manus venerit. Plus laetitiae capit Pater ex restituta valetudine filii, quam putabat conclamata esse, quam ubi reliquos illibata, atque athleticè viventes conspicit. Major olim Jacobi Patriarchae, & Davidis Regis pectora urebat dolor, cum eis UNICI vel Josephi vel Absolomi mors nuntiabatur, quam illis consolationis reliquorum salvorum, ac valentium intuitus adspergebat. Ita ovium pastor,

Mille cui herbosis errant in montibus agni,
 non tam sollicitus est de ingenti grege in cau-
 lis suis, laetisque, licet longius disfitis,
 pascuis secure, & sine insidiarum metu pa-
 scente, quam de una quadam ove, quae a reli-
 quis aberrans in vitae discrimine versatur,

Tristis praeda futura mox luporum; ne-
 que tam de illis laetatur, quarum in tuto col-
 locatarum jacturam non habet vereri, quam
 de illa, quam perditam a se repertum iri vix
 potuisset sperare. Quae cum ita sint, non
 mirum esse, si securus de illis animabus,
 quae jam in statum felicitatis aeternae trans-
 latae, inde ut deturbentur, non habent metues-
 re; eorum potissimam curam gerat, qui à
 recta ad coelum via aberrantes, in peccatis
 vivunt, ex quo statu, nisi eripiantur, cer-
 tum eos maneat, atque aeternum exitium,
 hos quaerat sollicite, his utatur familiariter,
 horumque conversionem, atque salutem
 omni promovere studio contendat.

§. 31. Praesertim, cum ad eorum heic
 provocare conscientiam, & semet ipso illo-
 rum exemplo tueri poterat. Quum enim,
 inter Judaeos vitam pecuariam ac pastoritiam
 exercerent plurimi, quod opes illorum in
 gregibus ovium plerumque essent sitae, Pha-
 risaei ac scribae, flos populi, in lauta atque
 aucta parte habiti, rerum, quae ad illud vi-
 tae genus pertinebant, non poterant esse igna-
 ri. Apprime itaque ad rem, neque sine em-
 phasi

phasi interrogat Servator: *Quis est inter Vos, qui &c.* Quod si itaque Vos, o Pharisei, et si *Centenae vobis errant in montibus agnae*, tamen ne *unius* quidem amissae curam abjicitis, sed tam diu in ea recuperanda omnem operam impenditis, donec ea rursus vobis restituta est, mihi ne vertetis vitio, si harum animarum, licet vobis tam vili atque abjecto loco sint, curam habeam? Si vobis tanta cura est **OVIUM**, quantam mihi oportet sollicitudinem esse **HOMINUM**, atque animarum? Si **UNICAE** ovis amissio vobis adeo curae cordique est, quantum me oportet sollicitum esse propter **TOT** hominum restitutionem, facti tamquam agmine, ad me accedentium? Quod si angelorum, ac beatarum in coelis animarum chori tantum gaudent, quoties numerum suum per conversionem alicujus peccatoris, quem sibi mox adjunctum iri sperant, auctum esse deprehendunt, anne **VOBIS** ea res quoque pariet laetitiam? Quod illis est voluptatis, vobisne erit aegritudinis materies? Vos dolebitis in **TERRIS**, propter quod in **COELIS** maximis inceditur laetitias? Vos murmurabitis, atque invidia rumpemini, propter quod coelorum incolae plaudunt, exsultant, ac triumphant serio? Atque ita videmus his verbis sanctissimum Servatorem, cum causam suam defendisse fortiter, tum Phariseorum malevolentiam contudisse feliciter. **J. Q. E. D.**

§. 32. Habet (C) denique interpretatio nostra hoc commodi, ut, quaecunque ex his verbis *οὐκ ἐξ ἐνάγκης* elicere ad errores suos palliandos conari, §. 2, 3. & 4. vidimus, uno veluti ictu corruant. Quod si enim per illos, qui *poenitentia non indigent*, non tam illos intelligas, qui adhuc in terris vivunt, quotidianae poenitentiae indigi, quam eos, qui peracto feliciter vitae hujus cursu coelitibus adscripti, perpetua, neque commutabili sanctitate, ac beatitudine fruuntur, sine ulteriori probatione vides, neque illis, qui homines sine innata originis macula nasci putant, neque, qui hominem sine crimine vivere, summumque innocentiae gradum in hac vita posse adsequi, asserere audent, neque, qui hinc Baptismi necessitatem elevant, quod quibusdam non regeneratione, adeoque non magis ejus sacramento opus sit, neque qui paenitentiam, inter satisfactiones poenales recensent, ne hilum quidem in hoc loco vel auxilii restare, vel praesidii.

§. 33. Denique, qui hinc necessitates nostras patere Sanctis in coelo, colligere volunt, cogitent, vel si hoc illis velimus concedere, non magis tamen inde sequi, ad eos nostras quotidie dirigendas esse preces, quam eos omnes, in quibus etiam in his terris nostrae res ignotae non sunt, illico adorandos esse dixeris. Sed &, ne nunc alias rationes tangam, quas eximii viri, qui controversias,

tractarunt, adtulerunt magno numero, si
 isthoc modo, ut fieri debere ostensum est,
 hanc phrasin explicaveris, ad summum nihil
 inde elicies aliud, quam coelites perfundi
 gaudio, ubi per alicujus peccatoris conver-
 sionem numerum suum auctum esse cogno-
 scunt. Quando autem id fiet, numque illius
 rei nuntius, vel statim post conversionem,
 vel tum demum, quando per mortem rebus
 humanis eximuntur, animaeque eorum iis
 aggregantur, de eo ne γεω quidem adjicitur.
 Quamobrem nihil quoque hinc exsculpes,
 quod ad probandam communicationem spi-
 rituum coelestium, cum iis rebus, quae in
 terris fiunt, facere possit. Quanquam, ut
 jam dictum, si vel hanc velis concedere, ni-
 hil tamen inde ponderis adorationi Sancto-
 rum accedet. Quae cum ita sint, atque huic
 explicationi non solum cum verborum signi-
 ficatione, atque emphasi, aliisque loquendi
 modis in scriptura usitatis, ut & scopo lo-
 quentis, belle conveniat, sed &, ita omnes
 hujus loci difficultates simul evanescant, non
 video, quid obstet, quin illam evictam, &
Nonaginta illos novem, non egenos resipi-
scientiae, Spiritus esse justorum in coelis con-
summatorum dicamus, Ὁπερ ἐδεξαι δειξαι.

V.

MARTINI LUTHERI
 EPISTOLA (1) INEDITA
 cum Adnotationibus

JOHANNIS LUDOLPHI
 BUNEMANNI,

Gymnafii MINDENSIS Rectoris.

Venerabili in Christo Viro D. GERHARDO
 VILLSCAMPO (2) de Sanctis Lampadi in
 Christo puræ & mundæ fratri
 charissimo,

Gratiam & pacem in Christo.

ET literas & pannum, Mi GERARDE (3) LAMPADARIE, accepimus cum voluptate, quod a tantò candore animi & favore cordis ad nos missum est munus, ut recte fecerim ac fecisse mihi videar, qui te nescio quo fato aut consilio Lampadarii appellarim. Totus enim lucet candore & ardes favore in ista fragili testa corporis tui. Denique perpetuo singulisque noctibus utimur in hunc diem Ketha mea & ego tuis lampadibus, dolemusque vicissim nihil a nobis muneris esse, aut posse mitti, quod & nostri memoriam apud te aleret, pudetque vehementer, nunquam ulli saltem cartaceo (ita MS.) munere te donatum cum id facile possemus. Sed cum assunt (ita scripsi

psit Luth.) nihil est recens editum; Interim prae-
 veniunt bibliopola marsupium tuum. Tamen non
 committam, quin aliquando vel fasciculum ali-
 quem librorum mittam, sive tardior sive simul cum
 bibliophoris veniam. Atque nunc missem *Esaiam*
 recens natum Germanum, sed ita distracta sunt
 exemplaria, ut ipse nullum pro me habeam, de-
 inceps capsam pro te & Montano ordinabo, in
 qua pro vobis imponentur vobis mittenda exempla-
 ria, quaecunque edita fuerint. Hermannum de
 Lippia, quem commendasti, libenter suscepi, obtu-
 lique & studium & operam meam, ubicunque
 opus fuerit. Salutat te mea Ketha charissima re-
 verenter cum filiolo. Nam Elisabetha nobis valesce-
 rit ad Christum per mortem profecta in vitam.
 Gratia Dei tecum. XX. Octobr. 1528.

T.

Martinus Luther.



(1)

Everendiss. Jo. Andr. Schmidium
 Abbatem & Helmstadiensium
 Theologum celeberrimum circi-
 ter octingentas *Lutheri* ineditas
 epistolas collegisse adnotationibusque Histo-
 ricis illustrasse, pluresque quotidie ad futu-
 ram editionem colligere, atque in eodem in-
 stituto versari, Doct. *Wernsdorffium* Theo-
 logum Wittebergensem, & Gothæ Cele-
 berr.

berr. *Schlegelium* ex *Novellis de Rebus Eruditis* Lipf. An. 1717. p. 188, 189. constat. Sine dubio doctissimis viris copia facta fuerit earum epistolarum *Luthera*, quæ cum Bibliotheca D. lo. *Frid Mayri*, Theologi famigeratissimi publica auctione Berolini sunt venditæ. Aliquot ineditas habere longe doctissimum *Jo. Ge. Bertrami*, apud Brunsvicensis V. D. M. ejus adfinis, meus Collega optimus & Gymn. nostri Prorektor Cl. *Henr. Ludov. Hartog*, confirmat. *Thom. Crenius* V. C. Animadvers. Hist. & Philol. part. VIII. p. 144. exhibuit epistolam *Lutheri* Ao. 1539. ad Suecorum Regem *Gustavum*. Eodem anno scripta ad *Ge. Bucholzerum*, Præpositum Berolinensium habetur in Catalogo Biblioth. Domini *Plavrii* Confil. Intimi n. 6218. Aliam antea ineditam ad Comites de *Mansfeld* suæ Historiæ *Spangenberg*esi inseruit fautor & amicus noster *Celeberr. Leuckfeld*. p. 8. (a) 12. Mitto, quæ in *Seckendorffii* Hist. Luther. et aliis magnis operibus & Bibliothecis Illustriss. de *Lutheri* epistolis habentur. Si recte commemini Cl. *Gætzius* Gymn. *Osnabr.* Rect. nonnullas MSS. *Lutheri* litteras suis cimeliis adnumerat. De *Lutheri* litteris ad senempium *Heckerum*, *Lutheri* præceptorem datis & a *Papicolis* *Osnabrugensibus* in *Hasarum* flumen abjectis, legatur *Hamelm.* in operibus ed. noviss. *Lemgou.* p. 1129. in ejusdem *Historia Eccles.* reliquiae epistolarum *Lutheri* deprehenduntur, (2)

(2) Quem *Lutherus* vocavit *Gerardum Villscampum de Sanctis* ex nominibus minus accurate, ut videtur, a *Luthero* scriptis, non statim potuit intelligi, nullum vero mihi superest dubium, indicari *Gerardum Wiscampium* sive *Viskampium Xantium* a patria *Xanten, Santen, Santena* in ducatu *Clivenfi* ita dictum, Patrem domus fratrum apud *Hervordienfes Westphalos*, qui in primis evangelica sacra suscepit. Qua de causa jam a 1525, *Paterbornæ* captus in arce *Dringenberg* diu in vinculis detentus, neque ante cum socio fuit dimissus, quam fratres *Hervordienfes* *Erico Ep. Paderb.* promitterent, se ipsi 300. florenos repræsentaturos, atque a *Lutheri* sententia discessuros, ea vero iterum admiffa mille aureos daturus. *Wiskampius* vero postea nihilominus cum fratribus evangelicam doctrinam defendit. Quum *Hervordienfes* paullo post fratrum bona in alium usum transferre vellent, *Lutherus Wiskampii* litteris adductus ad *Senatum* scripsit, fratres hos pie viventes non esse turbandos, eorumque libellum domesticæ institutionis, doctrinæ & vitæ præcepta complectentem ita adprobavit: Ich Martin Luther bekenne mit dieser meiner Hand / daß ich nichts unchristliches in diesem Büchlein finde / wolte daß die Clöster alle / so ernstlich Gottes Wort wolten lehren und halten. Teste *Hamelmanno*, p. 1042-1038-1036. Nescio utrum plures epistolæ ad
Wis-

Wiscampium supersint. Nostra salutem debemus
 Domino BRUNINGIO I. V. D. ejus possessi-
 fori & summe Rever. Jo. Gerb. BENEKEN Pa-
 stori ad S. Martin. Mind. epistolæ copiam
 mihi facienti.

(3) Patebit ex consequentibus, quare
Wiscampium vocet *Lampadarium*. Eleganti-
 ori Latio hæc vox est ignota. Consequenti
 tempore *Lampadarii* officiis ac ministris inlu-
 strium dignitatum accensebantur, quumque
 majores magistratus haberent plures, Prin-
 ceps ex iis Primicerius *Lampadiorum* di-
 ctus est. Apud orientales Augustos ὁ λαμπ-
 παδοφόρος æque ac Patriarchæ in Græca Ec-
 clesia facem in sacris liturgiis præferebat, conf.
 du Fresne Glossar. Med. & Infimæ Latin.
 T. 2. p. II. f. 230. seq. ed. noviss. Francof. Alii
 putant *Lampadarios* vocatos, qui lampadum
 palatii curam habebant, ut accenderentur &
 niterent. Auctores citat Pitiscus Tom. II.
 Lex. Rom. Antiqu. f. 10. sed hanc explicati-
 nem du Fresne c. I. in Briffonio & Pancirollo
 improbavit. Inter doctos haud paucis nomi-
 na a *Lampade* fuerunt indita, qui suo lumine
 varia studiorum genera dispulsis tenebris il-
 lustrarunt. Licent. Auctor *Lampadius* in pri-
 mis doctrinæ Evangelicæ lumen ecclesiis
 Halberstadensi, Eimbeccensi, Huxariensi
 Goslariensi & Quedlinburgensi prætulit; si-
 cuti Joannes *Lampadius* Luneburgensi; Hen-
 ricus *Lampadius* & *Lampenius* sive *Lampe* Brun-
 swicen

svicensi. Exstat de vita & obitu *Henrici Lampadii Senioris Brunsvicensis Jo. Gasmeri Oratio excusa Hamb. 1588. 4. (a) conf. Hamelm. pag. 888, 891. 909. 913. 961. Lampadii Luneburgensis Compendium Musicum suo tempore pulcherrimum laudat Gesner, in Biblioth. t. m. 443. Ex jure consultis Jacobus Lampadius, non est ignobilis. Ejusdem liber de Republ. Romano Germanica saepe recudi meruit, pluresque docti, & in his H. Conringius & Kulpius eum notis & praelectionibus suis dignum judicarunt. Jo. Lampe, in linguam Belgicam transtulit Will. Gouge scriptum Anglic. de peccato in Spir. S. Amsterd. 1659. Aliudque Ambrosii de intuitu Jesu Amsterd. 1664. 4to. Henricus Lampe germanice vertit Jo. Scheffelds den sich selbst entschuldigenden / aber von GOTT beschuldigten Adam / Lemg. 1682. 12. aliudque opusculum Baxteri 1687. Ipse composuit catecheticam articulorum fidei expositionem 1681. & libellum de gloriatione veri Christiani 1688. utrumque vernacule. Ille Embdanæ Ecclesiae Minister, hic primo Dethmoldiae in Comitatu. Lippiaco, deni Francofurti ad Mœnum deniq; Regiomonti Evangel. docuit utriusque memoriam conservat *Pars*
in*

(a) Sicut & illa postea recusa est a. 1590. in 8. cui editioni accedunt praeter Epicedia & Epitaphia in H. Lampii obitum Catalogus & historia Concionatorum Brunsvicensium. Vide in primis de hoc H. Lampenio Phil. Jul. Rethmeyer, Viri clarissimi, Hist. Eccl. Brunsvicensis L. III, c. 2. T. d. H.

in Appendice ad Matt. XXIV: 224. p. 481. sq. 70.
Christoph. Lampe edidit den *Gewissenhaften Selt-*
Prediger Brunsvigæ 1707. 8. Ibidem natus
 erat *Joannes Lampadius*, patriæ & Soltquellen-
 sis Scholæ Rector, deinde Prof. Hist. Heidelb.
 & tandem Theol. & Hist. Prof. & Pastor ad æ-
 dem S. Stephani apud Bremenses. Librorum
 titulos indicant Witt. in diar. a. 1621. d. 21.
 Jan. & Compend. *Gelehrten* Lexicon p. 1122.
 Ut omittam alios. Hodie ad eandem ædem S.
 Stephani Pastor est *Friedericus Adolphus Lampe*,
 Henrici filius, qui, (ut LUTHERI verba de
 suo *Lampadario* hic repetam) totus lucet can-
 dore & ardet favore, studioque litterarum &
 doctrinæ. Cymbala veterum docte ab ipso
 juvene pulsata laudes ejus resonant. Utinam
 supplementum docti operis daret; addi enim
 posse confitetur in suis Sacris Exercitationi-
 bus varia doctrina refertissimis in Psalmum
 XLV. p. 26. Ejusdem Thesaurum S. Scri-
 pturæ Mysticum docti avide expectant.
 Idem socias manus dare nuper admodum cœ-
 pit summe Rever. Viro Theod. *Haseo*, in ador-
 nanda & colligenda hac Bibliotheca, cui in-
 stituto felicissimos processus adprecamur.

(4) Transtulerat *Lutherus* anno hoc 1528.
 Prophetam *Jesaiam* in Linguam Germanicam.
 conf. Reverendiss. Præp. *Herm. von der Hardt*
 Autograph. *Lutheri* Tom: I. a. 1528. p. 249.
 & *Frickius* in narratione de Scriptis *Lutheri*
 subjuncta translato *Seckendorffii* *Luthera-*
 nismo,

nismo. Possideo rarius hoc autographum in-
scriptum: *Der Prophet Jesaja/deutsch. Wit-*
tenberg. 1528. 4. Versio hæc prima in qui-
busdam locis propius ad Hebraicos fontes ac-
cedit, notulisque marginalibus est paullo
instructior. Versiones hæc inter se collatæ u-
sum nonnullum habere possent.

(5) Plures *Montani* hoc tempore laude
eruditionis claruerunt. *Joannes Montanus*
sub Episcopatu Mindensi prope *Quernheim*,
vicum nobilibus virginibus sacratum, est na-
tus, ante *Tulichium* a. 1527. Scholæ *Lune-*
burg. Rector, tandem *Rostochii* diem obiit
supremum. Alter *Jo. Montanus Brunsvicensis*
primum sub Rectore *M. Herm. Huddeo* Gymn.
Mind. nostri Con-Rector, deinde Pastor ad
S. Mariæ in ordine septimus fuit. Hic in-
telligitur *JACOB MONTANUS*, *Spirensis*, disci-
pulus *Al. Hegii*, condiscipulus *Herm. Buschii*
& *Rud. Langii*, qui posterior domi suæ ipsum
aluit & fovit & Monasterio *Westph. Hervor-*
diam & domum fratrum ibidem misit, consti-
tutus est postea pater sororum. Hic agnita
vera doctrina frequens litterarum commer-
cium habuit cum *Phil. Melancthone*. Utinam
hæc *Melanchthonianæ* non sint eandem for-
tem expertæ, ac plurimæ, quas ad *Arnoldum*
Burenium Acad. *Rost.* Prof. & *M. Herm. Hudde-*
um Gymn. nostri Rect. aliosque dedit! Ex
iis ad *Burenium* in *Londinensi* editione a. 1642.
una tantum epistola superest, quam *Bure-*
II. Fascicul. K *nium*

*nus fasciculum satis grandem Melanchthonis
 numerosas ad se epistolas continentem, ha-
 buerit, ab ingrato discipulo ipsi furto subre-
 ptum, narrante Nath. Chytrao in Orat. de Arn.
 Burenio apud Goes in Opusc. de Westphalia
 p. 150. & Roll. Memor. Philos. Dec. I. p. 146, seq.
 unam ibidem tamquam tabulam ex naufragio
 reperimus conservatam: nonnullis aliis Phi-
 lippi ad Burenium usus videtur citatus Cl. Rol-
 lius; de Meritis enim Westphalorum in Aca-
 demiam Rostoch. p. 37. scribit: *Quanti eum
 (Burenium) fecerit Melanchthon plurimae ad eum
 datae epistolae abunde testantur, quarum QVAS-
 DAM, ni charta angustia me prohiberet, darem.*
 Hujus Burenii, si lectoris pace digressionem
 digresione nova illustrare licet, verum no-
 men fuit FARVEL, quod noto, quia a nemi-
 ne observatum novi, ex MSS. Geographia
 Litteraria ab *Henr. Camerario* a 1567. descripta,
 auctoris, qui in locum avunculi sui *M. Andr.
 Eggerden* Collegiati & Canonici Rostochiensis
 a. 1562. successit, nomen mihi nondum con-
 stat. *Lingen*, ibi scribitur, patria *Clariss.
 Mathematici Henr. Welpii*, qui per multos annos
 in hac (Rostoch.) *Schola Mathemata* docuit. In
 hujus vicina, in pago quodam BUREN nomine,
 natus est *Cl. Vir. Dn. Arnold. BURENIIUS*, alias
 FARVEL, qui ultra XXXVI. annos magno cum
 laude Ciceronis scripta in hac Schola proposuit.
 De frequentissimis Melanchthonis ad Huddaem
 Mind. litteris testatur *Hamelmann*, p. 231,
 qui*

qui nobis aliam p. 840 842. ad Bilefeldenses Melanchthonianarum epistolarū, tam editarum, quam ineditarum bis mille ad collectionem Londinensem ex *Marqu. Gudii* illustri quondam promptuario adjici potuisse in nova editione Polyhist. Morhoff, lib. I. c. 25. n. 18-16. p. 314. legitur, quarum editionem, si cum reliquis Mss. Bibliothecæ Gudianæ in ducalem Guelpherbytanam translatae sunt, omnes docti mecum expetent. adde Morhoff. c. I. c. 23. §. 51-53. & Ge. Richteri Epistolas p. 173. 174. & p. 816. Unam ineditam *Melanchthonis* ad *Vlr. Mordisium* JUNCKERUS vitæ *Lutheri* ex nummis inseruit. Septemaliæ ejusdem in opere Epistolarum Londinensi, non obvix sunt adjunctæ Poematibus, *Jo. Schöfferi Amiliani* Lips. in Offic. Voegel, impresis. De JACOBO MONTANO, a quo amor *Melanchthonis* nos paullo longius abduxit, nemo melius consuli potest, quam Hamelmannus, qui diversis locis ipsum valde commendat, ejusque scripta varia recenset. Adde Gesneri Bibliothecam f. m. 320. Nostrum inter primos elegantionis litteraturæ instauratores refert Clariss. Burckhard in libro longe elegantissimo de Linguae Latinæ in Germania fatis, atque ita judicat p. 275. JACOBUS MONTANUS Spirensis eo porro referendus est, quippe qui Hervordienfi Scholæ istis temporibus præfectus purioris do-

Arina exercitia ibi instituit, nec contemnentis scriptis, quae edidit, ut juventutem ad bonorum auctorum lectionem alliceret, e laboravit.

(6) Forfitan est HERMANNUS LIPPIENSIS, qui Bernharo Ludero Mindensi, Poetae doctissimo, de quo D. V. in *Historia mea Mindensi* suo tempore dicam, Huxariae a. 1567. in pastornatu successit. Hamelmannus, quem ut aequalem praeter ceteris hic saepius citamus, p. 1094. *Hermannum* hunc eo tempore bonum senem vocat & statim mortuum confirmat. Gratulor Litteratissimo Leutkfeldio, quod *Historiam de Vita Hamelmanni*, (a) de qua in litteris humanissimis ad me datis spem fecerat, fere profligaverit, non minora inde commoda in rem litterariam, quam ex ejusdem *Historia Spangenbergensi & Heshusiana* redundatura credimus. Nemo facile, (b) nec immerito, scriptis Hamelmanni tantum pretium ponet, quantum Excell. Vir Jo. Petr. LUDWIG, qui in *Germania Principe* p. 45. (n. X.) ed. Hal. 1711. ducentos, inquit, aureos offero illi, ad quem forte scheda viri devenerint, si is meum

(a) *Vitam Hamelmanni*, quae ejus operibus nuper curante Cl. Viro. C. B. Wasserbachio Lemgoviae editis sine auctoris nomine praefixa est, conscripserat doctissimus, atque humanissimus Vir Schraedter, Pastor ecclesiae Oevelgunnensis in Comitatu Oldenburgico, qui mihi simul coram nuper indicavit, se eandem longe auctiorem ad prelum paratam habere, eamque propediem publici juris esse facturum. T. d. H.

(b) Non sane ille, cui hoc ἀργούριον debetur. Homo Alicujus Memoriae, Et Lectionis, Mentis autem Nubilius, T. d. H.

dēſiderium reſtinxerit venditione earundem, qui optime novi induſtriam Hamelmannianam.

(7) Exſtat peculiaris diſſertatio Jo. Frid. Mayeri de *Catharina de Bohra, Lutberi Conjuge*. Poſſideo rarius obvios ſeptem tomos ſcriptorum publice propoſitorum a Profeſſoribus in Academia Wittebergenſi ab a. 1549. ad a. 1569. In horum primo legitur Vice Reſt. Acad. Witteb. *Pauli Eberi* progr. funebre in hanc *Catharinam Torgæ a. 1552.* defunctam p. 441. ſeq. ex hoc caſus extremus notandus, ab aliis non ita obſervatus. *Quum ob peſtilentia Witteberge graſſantis periculum iter cum liberis Torgam ſuſciperet, & in itinere conſternati equi currum per avia raptaturi viderentur, territa miſera matrona non tam ſua, quam liberorum cauſſa ex curru deſiliens, corpus in terram graviter adlidit & in lacunam frigida aque labitur, ubi partim conſternatione animi, partim adſtictione corporis ex illo caſu in morbum gravem ſtatim incidit, quo adſidue decumbens amplius trimeſtri paulatim contabuit.*

(8) *Elifabetha* filiola in tenerrima ætate exſpiravit. Altera *Magdalena* a. 1542. obiit. Collector *Colloquiorum Menſalium German.* cap. de Morte f. m. 360. ſomnium de Angelis filiam ad nuptias ducturis tribuit memoratæ *Lutberi Uxori*, ſed habeo *codicem MSS. ineditum*, in quo omnium Evangeliorum dominicalium *Explicatio Latina doctiſſimis pro more Melanchthonis obſervationibus*

Theologicis, Philologicis, Historicis, refer-
 ta & ex ore *Phil. Melancthonis* fideliter exce-
 pta in Academia Witebergenſi a. 1551. & a.
 1557. denuo deſcripta per M. *Andr. Reiboldum*
 Plauenſem, ubi *Phil. Melancthon* ſomnium
 illud non matri, ſed ipſi *Magdalena* adſcribit,
 in MS. p. 508. h. m. *Biduum* antequam morere-
 tur filia *D. Lutheri*, vidit illa in ſomnis duos ado-
 leſcentes, qui ducturi eſſent illam ad nuptiale
 convivium. Hoc ſignificavit duos angelos ductu-
 ros eam ad aeternam conſuetudinem Dei. Valde
 ſuaviter narravit patri hoc ſomnium in mea pre-
 ſentia, & ego ſtatim cogitavi de illa ſignificatio-
 ne. Sigillum *Lutheri* clare epiſtolæ impref-
 ſum roſam cum cruce, exhibet, elegans hac
 de re eſt ſupra memorati *Schofferi* epigramma,
 quod quia pauci ea poemata habent, huc
 tranſcribere liceat ex p. 143. & ſeq.

In Roſam cum cruce, Martini Lutheri.

Ut roſa jucundos floreſcit verna per hortos,
 Vicinumque ſuo complet odore nemus:
 Haud ſecus ætherei venerabile dogma Pa-
 rentis,
 Floruit e ſtudio, docte *Luthere*, tuo.
 Nam prius obductum varia quod fraude la-
 tebat,
 Lucidius per te venit in ora virum.
 Dulcibus & latum complevit odoribus orbem,
 Injuſtam verbo non patiente fidem.

Sic ubi discussit nigrantia nubila Phœbus,
 Spargitur e nitido gratius axe jubar.
 Quid magis in clypeo decuit gestare Luthe-
 rum?

Conveniens poterat quid magis esse rosa?
 Vos Heliconiades verum nunc edite Musæ,
 Quid crucis, in medio floris, imago velit?
 Illa crucē, verbi quæ concomitatur alumnos,
 Dæmonis ac mundi retia sæva, notat:
 Invidiæ stimulos, vanæ convicia plebis,
 Damnaque non versu commemoranda
 brevi.

Nam velut umbra suum comitatur sedula
 corpus,

Proxima sunt illi sic mala quæque gregi.
 Sæviat, ac totus certamina misceat orbis,

Hæc rosa purpureo flore perennis erit:
 Memorabile adhuc videtur in symbolo Ger-
 manico *Lutheri*, quod Celeberrimum Cli-
 vensem Poëtam ex Parnasso Clivensi notum,
 Dominum Inspectorem *Kaiserum*, quoque
 observasse, nuper admodum ex amico audi-
 vi, annum jubilæi nuperrimi Evangelici con-
 tineri:

*Der Christen hertz allf rosen geht
 obs Mittem Unterm Crelltze steht.*

Alios ejusmodi ingenii lusus dedi in pro-
 grammate meo in nuperrimi Jubilæi memo-
 riam edito.

VI.
 HISTORIA FACTI,
 Oder
 Kurze und wahrhafftte Erz
 zehlung ꝛc.
 id est,

*Brevis & vera narratio rei gestæ circa JOHAN-
 NIS HENRICI HOTTINGERI, Profes-
 soris quondam Theol. & Antiq. Jud. Ordinarii in
 Academia Hassiaca Marpurgi, DISQUISI-
 TIONEM THEOLOGICAM de REVELATIO-
 NIBUS EXTRAORDINARIIS IN GENERE,
 ET DE QUIBUSDAM HODIERNIS VULGO
 DICTIS INSPIRATIS IN SPECIE, quamre-
 petito Serenissimi jussu conscribere debuit. 1717.
 8. 3. plagulæ.*



trum non tantum doctrinæ diver-
 sis speciminibus, sed etiam pietatis
 fama ad *Hottingerorum* illustre in
 Ecclesia nomen, adsurgentem,
 uno quasi ictu munere suo exutum esse haud
 paucos in stuporem & dolorem egit. Huic
 Apologia scribitur ab *Anonymo*, sub quo ipsum
Hottingerum latitare vix dubitamus. Fatetur
 se in suspicionem collusionis cum quodam
 Fana-

Fanatico *Job. Ulrico Gietzentannero* venisse, qui cum Præceptor esset in orphanotrophio, nescimus quo fato, viam invenit e suggestu concionem, uti jactitabat, divino jussu habendi. Delatus propterea noster coram Ministris nomine Serenissimi inquirentibus sub fide juramenti factum negavit. Hæc ansa fuit, ut nostro & collegis ejus injungeretur sententiam suam de Inspiratis hodiernis scripto exhibere. Ac primo quidem *Hottingerus* tergiversari, & ab uno tempore in aliud differre: donec repetito semel iterumque Principis mandato scriptum prælo parat. Vix autem telam orfuserat, cum jussu Serenissimi impressio inhiberetur, & simul juberetur, quæ jam typis exscripta erant, una cum Manuscripto *Cassellas* ad censuram transmittere, hujus Manuscripti summa exhibetur. p. 8. sq.

Statim ab initio Cl. Author historice proposuerat tres diversas de *extraordinariis Revelationibus in N. T.* opiniones. Prior eas absolute negat. Altera quasdam admittit; nullas tamen, quæ aut novas doctrinas, aut earum, quæ jam revelatæ sunt, confirmationem sive elucidationem contineant. Tertia statuit, Scripturam quidem esse verbum Dei & generalem fidei normam, promissam tamen esse tantam doni Prophetici mensuram, ut non solum vices orbis & Ecclesiæ sint prædicandæ, sed etiam Scriptura propius explicanda, a detorsionibus liberanda, nova my-

steria detegenda & impietati grassanti obex
ponendus, renovatione & confirmatione offi-
ciorum ad vitam Christianam spectantium
Priores fundamento omni asserti sui carere
porro c. 1. traditur, cum nec impossibiles sint
revelationes §. 9. nec contra naturam N. T.
pugnantes §. 10. 11. nec deficient exempla
Revelationum extraordinariarum, quæ cu-
mulantur §. 12-52. nec Deus usquam earum
usum abrogaverit §. 52-55: Quin testimo-
nia Scripturæ in contrarium afferuntur, extra-
ordinarias in N. T. revelationes asserentia Joel
III. 1. 1. Theff. V. 19-22. Amos III. 7. 1. Cor.
XIV. Rom. XII. 6. 1. Cor. XII. 10. Eph. IV.
11. 1. Joh. IV. 1. §. 59-78.

Ad secundam & tertiam hypothefin §.
80-47. hæc *ἐπιμαρτυρία* additur. I. Non dari
Revelationes divinas scripturæ contrarias.
II. Nullas veritates fundamentales & ad salu-
tem scitu necessarias porro revelatum iri. III.
Veritates vero & doctrinas, quæ ad funda-
mentum fidei non spectant, revelari posse,
nullis idoneis argumentis hæctenus negatum
esse. IV. Posse autem eas revelari, quia pro-
culdubio multæ in Deo adhuc occultæ sunt.
V. An vero certo revelandæ sint, non de-
terminatur, sed tempori & beneplacito Dei re-
linquitur. Eadem Authori stat sententia de
veritatibus ad explicationem, confirmatio-
nemque Scripturæ & fingendam vitam Chri-
stianam pertinentibus.

Cap. 2. Docet multos veros falsosque Prophetas in mundum exire, adeoque scrutinio accurato opus esse. Qua fini cap. 3. characteres tam falsæ, quam veræ revelationis recenset & quidem eosdem, ex quibus Θεο-προφητῶν Scripturæ a Theologis nostris solet asseri.

Cap. 4. Indicat, quosnam ad diacrisin Revelationum tantum idoneos existimet, ex quorum numero proscribit carnales, & tales requirit, qui veritatem unice amant, præjudiciis, quando de iis convincuntur, omnibus renunciare parati: porro hypocri-
seos hostes, pios, operationibus Spiritus sancti per experientiam adsuetos, cultum Dei verum, internum, spiritualem, tanquam externi fontem enixe urgentes.

Cap. 5. Addit, quid post scrutinium institutum factò opus sit. Nempe prophetam verum pro tali agnoscendum: falsum autem pro renata aut in orbitam reducendum aut puniendum. Ubi vero clara gnorismata deficiunt, ex quibus aut divina origo demonstrari, aut Propheta fraudis convinci potest, ibi suadet, ut iudicium suspendatur & hominis ejusmodi doctrina & vita omnis ex propinquo observetur, donec res in luce sistatur.

Ultimum caput agit de quibusdam Inspiratis hodiernis, quorum scripta Autor legerat, de vitæ ratione aliquid cognoverat, & speciatim de tribus J. C. Gl. J. A. G. & J. F. R.
In

In horum prophetiis, & cum primis *in vocife-
ratione sub media nocte* declarat, se nec domi-
nantem & periculosum errorem, nec admis-
sionem improbæ vitæ deprehendisse: E con-
trario esse orthodoxas in doctrina, & ad pie-
tatem Christianam incentiva: Magistratum
& Ministerium, prout a Christo & Apostolis
institutum est, non improbari; Sed personas
tantum munia politica & ecclesiastica obeun-
tes, & earum actiones duriuscule corripi,
ubi singulos in timore Dei se ipsos scrutari
oporteat, quousque id meriti sint. Porro
relatum sibi esse, eosdem sinceram, hone-
stam, piam vitam ducere, revelationes suas
facile aliis impertiri, propter eas quid vis pa-
tienter perferre, honorem & lucrum inde
nullum expectare: eos quoque, qui horum
partes sequuntur, morum sanctitate se com-
mendare. Interea fatetur implementum cer-
tissimum Prophetiæ veræ characterem esse ex
Deut. XVIII. 21. 22. Illud hætenus prophe-
tiis, quæ in lite sunt, deesse: Sed nec termi-
num in iis fixum exspirasse: unde rem in
medio relinquendam: Deo & tempori omnia
committenda: argumenta vero contra Inspi-
ratos a se sub examen missos hætenus illat
fraudis eos minime convincere, sed tantum
eo facere, ut caute in eorum divina originem
agnoscenda procedatur. Denique scriptum
universum monitis quibusdam practicis con-
cluditur.


Hoc scriptum porro refert noster Ministerio Cassellano ad censuram jussu Serenissimi esse traditum, cujus membra omnia, uno tantum excepto, periculosas in eo hypotheses contineri statuisse dicuntur. Quare desideratum, ut *Hottingerus* se ipsum sisteret iis, qui ad examen propius instituendum commissi erant. Quæ ibi transacta sunt, prolixius enarrantur, & simul optatur, cum Auctor tantum ex memoria hæc depromferit, ut a Ministerio Cassellano, quæ calamo in ipso conflictu fide publica excepta sunt (Protocolum) divulgentur. Quod petitum per se satis æquum est & ad firmum de toto hoc processu iudicium formandum, perquam necessarium. Præcipue cum dubitandum non videatur, in confesso hoc de hypothesibus majoris momenti nostrum convictum esse, quam quæ in hac relatione comparent. Effectus enim hujus colloquii ille fuit, ut Kalendis Februarii iterum requisitus & jussu Serenissimi, si persisteret in suis animi sensis, ab officio dimissus fuerit.

Nos, licet Species hæc facti specie non careat, cum tamen alteram partem hætenus non audiverimus, iudicium suspendimus. Quamvis hypotheses *Cl. Hottingeri* in multis approbare nequeamus, nec simus nescii, quanta *βαδνη τῆ Σκλαβῶν* sub hodierno jactati prophetiæ doni firmate lateat, immo illi ipsi, qui tantum turbarum his diebus
 suis

fuis inspirationibus excitarunt, quotidie magis magisque se turpiter dent, nulla tamen de revelationibus extraordinariis ultro citroque citra fidei dispendium disputari posse credimus. Haud paucos fuisse ex Theologis ἁρεθολογοτάλοις Ecclesiæ nostræ, qui revelationes extraordinarias Viris sanctis bene multis, etiam recentioribus *Ambrosio Merlino, Benedicto Casinensi, Joachimo Abbati, Hieronymo Savanorola, & Pragensi, Andrea Proli, Luthero, Zwinglio, Jacobo Usserio* atque aliis adscribere, iisque sæpe contra pontificios usi sunt, negari nequit. Consuli hic queunt *Witsius Miscellan, lib. I, c. 24. Gurtlerus Theol. Proph. c. XXIV. Wolffius* in memorabilibus passim, alique bene multi, qui quamvis ea negaverint, quæ *Hottingerus* in medio relinquit, non tamen prorsus ab omni extraordinaria revelatione in publicum Ecclesiæ usum abhorruere. Quamvis fatendum sit, exempla ab iis adducta, plurimam saltem partem, sublestæ esse fidei. Optandum esset, ut quidam Vir in historia Ecclesiastica versatus operam hanc sibi fumeret, & quascunque revelationes extraordinarias post clausum N. T. canonem venditatas, rigido examini subjiceret.

Id unum sicco pede præterire nequimus, ipsum illum *Gierzentannerum*, qui primam his motibus ansam dedit, a reliquis illis dictitiis prophetis vilipendi. Ille saltem, fanati-

naticus, qui sub literis initialibus J. A. G. latet, *Johannes Adam Gruber*, Tiguri ob atrocissima convitia contra omnes ordines & præcipue Magistratum effutita virgis cæsus, *Giezentanneri* effata penitus rejecit, neque *spiritui divino*, sed *igneo* adscribenda judicavit. Exemplum hoc est unum ex millibus discordiæ inter hos Pseudo-prophetas regnantis, & ambitionis incredibilis, qua alter alteri antecellere adnititur. F. A. L.



VII.

Theologisches Prognosticon,
id est

PROGNOSTICON THEOLOGICUM,
sive Dialogus inter Phosphorum & Eusebium de interitu Regni Turco Muhammedici instante, & ab hoc anno 1717. expectando, aliisque rebus certo Futuris, secundum ductum verbi prophetici & præcipue Jes. c. XXXI. authore SAMUELE KONIG. Budingæ, 7. philyræ. 8.



Copus Rev. Authoris est, una opera & fidelibus solamen præbere, & fanaticos recentiores, nominatim

tim *Römelingium* & *Dautium*, refellere, qui jam integro fere decennio horrendas iminas, irruptione Turcarum in orbem Christianum inducendas, scriptis suis inferuere, spe potissimum inducti, quam tum temporis potentissimi cujusdam Regis in Finibus Mahomedanorum presentia in animis illorum excitaverat, quâ tamen ad hunc usque diem, eventus eos miserum in modum dejecit. Quod ita facit, ut simul multis locis prophetis, secundum ductum Celeb. Cocceji, lucem affundere studeat. Totum opusculum constat quatuor Dialogis cum appendice. Dialogus primus generatim halcyonia Ecclesie in novissimis temporibus promissa docet. Ea fini promissio Matth. XXIV. 14. examinatur & cum aliis prophetiis confertur, p. 11. Turcicum Imperium cura *lapide plumbi* in os Ephæ immisso Zach. V. 7. 8. confertur. (a) Dialogus secundus de nominibus tractat sub quibus Turcæ a Spiritu prophetico designantur. Inter alia notatur cum Cl. Coccejo dictum Num. XXIV. 20. *Primitiæ gentium Amadeck*, & *extremum ejus ad interitum*, ad Muhame-

(a) Aliud tamen suadere videtur connexio totius visus Zachariæ exhibiti. Cum enim visum immediate præcedens & sequens exhibeat judicia Dei Judæis sub templo secundo immissa, hoc saltem ex parte ad eosdem spectare credibile est duplicem præterea scenam visum de Ephæ habet. Priorem vs. 5-8, statuimus exprime-
re cathedram Mosis corruptam, & immisso *plumbo*

hamedanos spectare, & speciosæ adduntur rationes, tum quia *Amalekitarum* regionem incolunt, & superbiam, hostilemque contra populum Dei animum ab iisdem hæreditarunt; tum, quia *primitiæ gentium ruglos* possunt appellare.

II. Fascicul.

L

pell-

per excidium Hierosolymæ a Romanis coercitam. Inchoat clare posterior scenâ cum initio vs. 9 *Et sustuli oculos meos & vidi.* Hæc quasi prioris appendix est, Judaicæque fastus in Antichristianismum translationem sistit. Duæ mulieres sunt sedes Romana & Constantinopolitana. Binæ earum alæ, ciconiarum instar late extensæ, altum volantes, variegatæ, mixturam authoritatis ecclesiasticæ & politicæ adumbrant. Præcipue in hac hypothese quadrat vs. 11. ubi Ephraim propheta, ad *ædificandum ipsi domum in terra Sinear.* Hæc est totius visi clavis. Terra Sinear est Babylonis regio. Literalem circumstantiæ non admittunt. Quamvis enim Celeb. Edzardus præfat. in Tractatum *Berachoth* hic cogitet de Academiis Judæorum post excidium Hierosolymitanum in Babylonia excitatis, Sorensi, Pumbeditana & Nahardeensi, pugnant tamen Prophetæ prædicata. Neque enim post Solymarum interitum Rabbiorum unquam tam conspicua fuit authoritas, ut Ephraim iudicii ecclesiastici inter terram & inter coelum elata fuerit: Neque firma adeo fuit Judæorum in his Academiis sedes, ut domus Ephraim in basi sua collocata fuerit: Neque opus erat regionem Babylonicam hic nomine exoleto *terram Sinear* appellare, nisi Spiritus sanctus ad priscum illius usum respexisset Gen. xi. & alluisset ad turris Babylonicæ in hoc tractu mysticam ædificationem. Secure ergo hic de Babylone mystica cogitamus. Et translatio Ephraim in illam commodissime exprimit, quomodo fa-

pellari, cum a Gomero & Magogo, Japheti primogeniti Noachi filiis natu majoribus, sint oriundi. Præcipue late demonstratur, eosdem *Ismaëlitas* appellari Pf. LXXXIII. 6. 7. idque tum quia Ismaëlem pro communi gentis & fidei suæ authore Mahummedani habent, & in eo mirum in modum gloriantur; tum quia historia Ismaëlis & variæ Ismaëlitarum contra Abrahami posteros molitiones & persecutiones typus fuere Muhammedicæ afflictionis. Inhæretur hic cum primis Geneseos, Capiti XVI. ejusque sensus mysticus secundum hanc hypothesin p. 20. sq. exhibetur. Dialogus tertius certitudinem casus imperii Muhammedici ex diversis prophetiis docet. Præcipue autem & ex professo hic inhæretur Jes. c. XXXI. p. 33. sqq. in cujus exegefi iterum quoad generaliora Magni Cocceji & discipulorum ejus sententia, quæ nobis quoque non est improbabilis, pro fundamento ponitur, & integro capiti lux affunditur. Excerpte hic præcipue placet ea, quæ ad ultimos duos versus 8. & 9. illustrandos pertinent, utpote in quibus præcise casus imperii Muhammedici his verbis describitur:

8. Et

stus Episcoporum in Græca & Latina Ecclesia dominantium fermentum Judaico-Pharisaicum in Antichristianismo fecerit reviviscere. Utcunque sit, id saltem ad oculum patere puto, injectionem plumbi in os Ephæ designare judicium aliquod divinum stabilimentum doctrinæ Antichristianæ antecedens, adeoque

8. *Et cadet Assur gladio non viri & gladius non hominis devorabit illum, & fugiet sibi a facie gladii, & juvenes ejus (erunt) in tributum.*

9. *Et rupes ejus præ formidine transibit, & consternabuntur a signo Principes ejus: dicit Dominus, cui focus est in Zion & furnus Hierosolymis.*

Copula ꝑ connectit hæc verba cum vs. 6. & 7. ubi de Reformatione agitur. Et notatu dignum est, quod a Caroli V. atque adeo Reformationis temporibus jam per duo secula Hungaria sedes belli contra Turcas fuerit, quibus non tantam ulterior abinde progressus inhibitus, sed etiam multæ clades inflictæ sunt. Objicit quidem *Eusebius*, forte hic interitum prisca Assuris in cæde Sennacheribi & Monarchiæ Assyriacæ, primo per Chaldaeos, dein plenius per Medos & Persas, destructione respici. Sed regebat *Phosphorus*, etiamsi quis vellet hæc simul includere, in iis tamen non esse subsistendum, cum *Jesaias* hunc canonem in prophetiis suis explicandis figat c. XLIII. 18. 19: *Ne meminieritis priorum, & antiqua ne consideretis. Ecce ego facio rem novam.* Ad hæc Prophetas de Assure agentes plerumque novum quendam hostem diu post Christi adventum progignendum intelligere *Jes.*

L 2

X.

ad Turcarum irruptionem in orbem Christianum non satis commode transferri. F. A. L.

X. XI. XXX. Mich. V. Zach. X. Neque demonstrari posse, quod talis Israelis conversio, qualis hic in præmissis descripta erat, interitum Assuris literalis præcesserit. (b)

Eleganter vero regnum Ottomannicum *Assur* dicitur. Occupat enim maximam partem regionum regni Assyriaci & Babylo-
nici. Assyrio simile est superbo fastu Jes. X. 12. & libidine Ezech. XXIII. 20. Blasphemia contra Christum & regnum ejus Sennacheribum imitatur Jes, XXXVII. Et sicut Sennacheribus, postquam Jehovam Zebaoth blasphemaverat, nocte statim sequente victus est, ita nuper Turcæ eodem die, quo sanguineas & blasphemias contra Christum preces effutire cœperant, capitalem stragem passi sunt. Porro Imperator Turcicus *virga iræ divinæ & no-*

VACU-

(b) Reverendus Author addere potuisset argumentum fortissimum a nexu totius prophetici sermonis desumptum, quia cap. XXVIII. ad cap. XXXIII. inclusive decurrit & quintuplex *Væ* sibi invicem succedens hostibus Ecclesiæ interminatur. Primum c. XXIII. secundum c. XXIX. tertium c. XXX. quartum c. XXXI. quintum c. XXXIII. Cum autem facile sit demonstratu, minas præcedentes ad tempora N. T. respicere, series rerum postulat, ut hæc quoque ad eadem referatur. Porro proclive est, non alium hic *Assurem* respici, quam cujus propheta Capite præcedenti vs. 31. sq. meminerat, ante cujus tamen deletionem præcedunt promissiones splendidissimæ, quæ quæ non nisi in œconomia N. T. implementum fortiri poterant. Legantur modo cum debita attentione verba v. 25. 26. F. A. L.

vacula ejus mercenaria hæctenus fuit *Jes. X. 5.*
Vll. 20. Venator est hominum ut *Nimrodus*
Gen. X. 8, 9. Nec minores vastationes, & cla-
 des, quam olim *Assyrii*, intulit *Jes. XXXIII.*
1. Joel. II. 3. Similis est in gloriatione poten-
 tiæ & sapientiæ propriæ *Jes. X. 13. 14. 15.*
 Quod patet ex superbo *Amurathis III.* titu-
 lo. *Victoriis* quoque suis eosdem populos,
 quos olim *Assur*, sub jugum dedit, quæ per-
 tinent *Moab*, *Ammon*, *Palæstina*, *Edom*,
Arabia, *Ægyptus*, *Æthiopia*, *Syria*, *Meso-*
potamia, *Asia*, *Cilicia*, partesque *Europæ*
 orientales. Sicut autem *frustranei* olim *As-*
suris contra *Europam* conatus fuere, ita du-
 bia semper *Turcarum* in *Europa* fors fuit. Ve-
 rum adeo est, quod *Zach. VI. 8.* prædictum:
Qui exeunt ad terram Aquilonis, fecerunt acqui-
escere spiritum meum in terra Aquilonis. Qua-
 re & *interitus Assuris* præfiguravit *interi-*
tum Turcarum. *Clades Sennacheribi* & *libe-*
ratio Hierosolymæ typus & pignus est *libe-*
rationis Germaniæ. Ad *Turcas* igitur profecto
 spectant *minæ Jes. XIV. 24. 25.* Et sicut *Cy-*
rus Euphratem, qui *Assyriam* permeabat, ex-
 siccavit, ita *regni Turcici* ruina tanquam
 mystica *Euphratis exsiccatio* prædicta est *Apoc.*
XVI. 12. collato *Jes. XLIV. 27. 28.* Quod
 vero quidam putant, *regnum Antichristia-*
num per Turcas eruendum, id refutatur ex
Apoc. XVII. 16. ubi istud *judicium per decem*
cornua, seu *regna*, quæ cum *meretrice scorta-*

ta sunt, educendum prædicitur. Inter illa Turcæ connumerari nequeunt. Canes ipsius Jesabelis carnem ejus comedent & Achabi sanguinem lingent. Et quis novit, quisnam ille Jehu futurus sit, qui ex fenestra eam deturbabit?

Textus noster quatuor circumstantias casus Turcarum signate indicat. 1. Non erit opus humanum sed mere divinum. Hinc dicitur: *Cadet gladio non viri & gladius non hominis devorabit illum.* Tum dicitur: *Gladius hic Jehovæ & Gideonis!* Jud. VII. 20. Quemadmodum Gideon cum trecentis militibus innumerabilem exercitum Midianitarum & Ismaëliitarum debebat, & quatuor eorum Reges captos occidebat; (ad instar Abrahami 318. servorum manu quatuor Reges prælio vincens) ita Prophetia ternis vicibus Turcis idem fatum prædicit, quod Midianitis & quatuor eorum Regibus, Oreb & Seeb, Sebah & Zalmuna Gideonis tempestate contigit. Ps. LXXXIII. 10. 12. Jes. X. 26 & IX. 4. (c) Conferuntur hic loca Jes. XXX. 30-32. Ezech. XXXVIII. 21. 22. XXXIII. 3. 4. 5. 6. collato Apoc. XIX. 17. 18. (d)

2. Non tamen sine omni humano medio
hoc

(c) Nescio tamen, qua de causa Cl. Author locum Jes. IX. 4. huc transferre voluerit, quem ad initia N. T. spectare totus nexus suadet. F. A. L.

(d) Cæterum Prophetæ verba hunc quoque sensum fun-

hoc iudicium educetur: Nam additur: *Et fugiet sibi a facie gladii.* Intelligitur hic gladius Imperatoris Romani, & Electorum sive septem sive octo Romani imperii, junctis Principibus. Confertur Dan. II. 40-44. & præcipue Mich. V. 4. 5. 6.

3. Accedit panicus terror, quo corripienti: *Et rupes ejus præformidine transibit & consternabuntur a signo Principes ejus. Rupes eorum* (סלעם) non multum differt a voce שלטן, Sultan, seu Dominus eorum, Rupi & Domino nostro, de quo Deut. XXXII. 31. cui datum est שלטן Dominium Dan. VII. 14. e diametro oppositus. De timore Assuris quoque agitur Jes. XXX: 31. Ezech. XXXVIII. 20. Porro fuga eorum in ipso nomine Hagar latet. Nam הגר Arabice est fugere & הגירה fuga. Hinc Æra Hegiræ i. fugæ Muhammedis ex Mecca Medinam. Hagarenus ergo est fugitivus. Idem innuit Turcarum nomen. תרך enim apud Arabes designat fuga se subducere, perfide deserere, vagari. Turca igitur idem est ac vagabundus. Hæc fuga Nahum II. 9. pingitur: *Et Ninive (metropolis regni Assyriaci, nunc Constantinopolis) est ut piscina aquæ, ex quo ipsa est:*

L 4

Et

dere possunt. instrumentum Dei ad Assurem destruendum fore vile & despectum, non Virum & non hominem, id est secundum phrasin Spiritus Sancti, Virum contemptum. F. A. L.

Et illi fugiunt. State, state. At non est, qui respiciat. (e)

4. Ad-

(e) CL. Author non debuisset intactam relinquere originem terroris & fugæ. *Consternabuntur* **וַיִּדְרֹסוּ** ab ILLO SIGNO. Rectissime hic confert Celeberrimus Coccejus *signum filii Dei*, quod omnes populi, adeoque & Turcæ, conspicient Matth. xxiv. 30. Et addere potuisset locum plane parallelum Jes. LIX. 19: *Quando veniet hostis, instar fluvii illius Spiritus Jehovæ signum contra eum eriget.* Ad ultima tempora hunc locum spectare, tum ex immediate præcedentibus: *Timebunt ab occidente nomen Jehovæ & ab oriente sole gloriam ejus*, tum ex statim sequente promissione ultimæ Judæorum conversionis vs. 20. collato Rom. xi. 26. extra omnem dubium est. Patet quoque ex hoc loco, *signum Filii Dei* non literaliter, sed mystice capiendum esse, quia per *Spiritum Jehovæ erigetur.* Porro *hostis* aptissime hic designat imperium Turcicum, tum quia hoc comma cum timoris gloriæ Jehovæ ab oriente sole prædictione cohæret, tum quia aptissime ad *fluvium Euphratem* respicitur. Ille enim alias *κρηίδης* *fluvius* dicitur Gen. xxxi. 21. Exod. xxiii. 31. Jes. vii. 20. viii. 7. xi. 16. ad quem postremum locum ad rem plane celeb. *Vitringa* observat, cum per *fluvium illum* **כַּאֲשֶׁר יֵצֵא מִן הַיַּרְדֵּן** interdum Nilus, interdum Euphrates intelligatur, Spiritum S. quando de Nilo agit, vocem **יַרְדֵּן** & **לַיַּרְדֵּן**, unde & Nili nomen profuxit, adhibere, sed ubi **יַרְדֵּן** *ἀπλωσ* occurrit, quod etiam fit in nostro loco, Euphratem passim esse intelligendum. Estque insignis locus ibidem a Viro Cl. adductus Jes. xxvii. 12. ubi hi fluvii veris suis nominibus insigniuntur. Verba Prophetæ: *Et futurum est illo tempore, ut excutiat Jehova ab alveo יַרְדֵּן*

4. Additur : *Et juvenes ejus erunt tributarii.* Quod futurum (a) ad compensationem, quod Imperatores Græcos seculo XIV & XV. sibi tam diu tributarios habuere : (b) Ut sub jugum misi eo facilius ad Christum

L 5

stum

FLUVII (Euphratis) usque ad נחל מצרים Rivum (Nilum) Ægypti. Nihilque aptius erat, quam violentam hostium irruptionem cum vehementissimis Euphratis exundationibus conferre, quarum *Arrianus* aliique veteres scriptores sæpenumero meminere. Idque eo magis, quia hic fluvius alias Monarchiæ Assyriacæ tum priscae, tum recentioris emblemata est, uti ex citatis locis & præcipue *Jes. viii. 10.* palam fit.

Conducit autem propius inquirere, unde phrasis illa SIGNI contra Turcicos exercitus directi petita sit. Et primo quidem incidit, si cum Cl. Authore Amalek pro typo portæ Ottomannicæ habeatur, respici potuisse ad inscriptionem altaris in memoriam devicti Amalek *Exod. xv. 15.* erecti : יהוה נסִי i. *Jehova signum meum.* Porro non dubitamus, quando de signo *Jehovæ* agitur & *Jehova* tanquam signum populi sui militare consideratur, speciatim respici ad columnam nubis & ignis, in qua Angelus fœderis conspiciebatur, & quam signi militaris usum habuisse negari nequit. In ea enim Dominus antecessit Israelitas, ad illam se congregabant, ex illa Dominus contra hostes militabat. Inde *πρὸς Φαίνμα* ad hanc nubem : *Surgat Deus, dissipentur inimici ejus, & fugiant ofores a facie ejus* *Ps. LXVIII. 2.* Hinc alternant in adducto loco *Jes. LIX. gloria Jehovæ & signum.* Nam signum illud columnæ privo sibi nomine gloria *Jehovæ* appellabatur. Ex hac sine dubio origine fluxit, ut inter vetustissima signa militaria in Oriente prælatio i-

stum converti possint: (c) Ut semen Gogi residuum sit, quod post millennium exactum civitatem sanctam obsidebit, & tum penitus interibit, de quo Apocal. XX. 8. 9. Ezech. XXXVIII. 18. 19. 20.

Concluditur prophetia verbis emphaticis: *Dicit Dominus, cui focus est in Zione & furnus Hierosolymis.* De Zione & Solyma literaliter hic non agi patet ex minis de ejus interitu Jes. XXIX. 1. 2. Jure igitur heic mystice Ecclesia

gnis locum obtinuerit. Nam non tantum ignes accensi in montibus consuetum signum erant exercitusum, ut se moverent, & sublatae faces, ut praelium inirent, sed & ignis praesentiae ducis militaris in castris indicium erat. Ita de Alexandro Macedone *Curtius* lib. v. c. 2. *Tuba cum castra movere vellet, signum dabat; Cujus sonitus plerumque, tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exaudiebatur.* Ergo perticam, quae undique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum. *Observabatur ignis noctu, fumus interdiu conferri hic praeter aliis multis meretur Boetius* Adv. Sacr. lib. 11. c. 6. Adde ignem Persarum sacrum, qui ante primos ordines exercitus in aris aegypciis praeferi solebat, de quo idem *Curtius* lib. 11. c. 3. *Xenophon* *Παιδ.* lib. VIII. qui mos deinde ad Imperatores Romanos transit. Confer *Coelium Reginum* Antiq. lib. VIII. 2. *Brissonium* de regno Pers. 11. p. 162. sq. *Borremansium* var. Lect. c. 14. *Hydruntinus* de relig. Persar. cap. 1. 3. 6. 7. 8. &c. Quare signum a quo consternabuntur Turcae, nihil aliud est, quam gloriae divinae in antitypo columnae ignis per ministerium

clesia intelligitur. Atque adeo vera indicatur causa, cur Dominus populum suum in Europa & præcipue in Germania nolit tradere in manus Assuris Muhammedici, sed potius Assurem hunc opprimere coram oculis filiorum suorum, nempe quia Dominus focum & furnum suum inter illos, quin in illis habet. Ver-

um Evāgelii demonstratiō, quæ salutarem quoque terrorem in ipsis Assyriis mysticis productura est, quod evidentissime patet ex Jes. XI. ubi post vaticinium de radice Isai, quæ stabit IN SIGNUM populorum, conversio Assyriorum vs. 10. 13. 16. simul prædicitur. Sed aliud quoque incidit, hic bene perpendendum. Judicium in Turcas talibus phrasibus hic & alias a Propheta prædici, quæ ad historiam Sennacheribi, alludunt, certum est, & facile demonstrari posset, nisi hæc tantum ἐν παρόδῳ heic monere vellem. Puto autem, in strage exercitus ejus consuetum signum militare in Israele, columnam nubis & ignis, apparuisse. Istud colligo ex eo, quod Angelo Jehovæ illa strages adscribitur 2. Reg. XIX. 35. Angelus ille sine dubio angelus fœderis est, tum quia, quando ita nude in scripturis sermo fit de Angelo Jehovæ, ille, qui *κρίως* ita dicitur, designatur; tum quia stupendum hujus Angeli opus Jes. X. 16. 17. Domino Exercituum & luci Israelis diserte adscribitur. Porro non solebat Angelus Fœderis nisi in consueto signo translucens nubis comparere. Atque in eodem signo, cum exercitum Sennacheribi deleret, conspicuum fuisse, innuitur citatis Jesaiaæ verbis, quæ ita se habent: Idcirco mittet Dominus ille, Dominus, Deus exercituum, in pingua ejus maciem, & subter gloriam ejus ardebit ardor, qualis est ardor ignis. Et erit Lux Israelis in

Verbum & veritas divina in Europa & præcipue in Germania majori luce radiat, quam in ulla alia regione sub cælo. Deus ibi habet servos suos, qui Jehovaham & verbum ejus diligunt, & sincero corde ei ministrant in Evangelio filii sui, animarum saluti invigilant, eamque ore & scriptis promovere, precibus quoque ardentibus Deum placare student. Ita Deus indies haud paucas lucratur animas. Vera Theologia Mystica multorum cordibus se infinuat & eorum emendationem promovet &c.

Transimus prophetias alias, quæ tanquam parallelæ p. 57. sq. cum hac conferuntur & ἐν παρόδῳ illustrantur, iustraturi dialogum quartum, in quo Cl. Author evincere conatur, destructionem regni Turcici ante fores esse. Ubi tamen fateri fas est, multa magis speciosa, quam solida occurrere.

Et

ignem; & sanctus ejus in flammam, & exardescet, & consumet veprem ejus & sentem ejus die uno. Quando hic de gloria Dei, de ardore subter eam, de Luce, quæ simul est in ignem, propheta loquitur, hospes sit in Israele oportet, qui non ad igneam illam nubem eum respexisse convincitur. Et dum per hunc ignem lucidum veprem & sentem Assyrii consumendum esse prædicitur, clarissime opponitur vepreto, in quo sub eodem schemate olim Exod. III. Angelus Jehovahæ comparuerat, & quod non consumebatur, quia populi Israelitici emblema erat, qui nunquam cum memoria penitus exstinguendus erat. F. A. L.

Et primo quidem magis florenti imperii Turcici statui cyclus annorum 900. assignatur, Cujus hypotheseos nullum aliud fundamentum, quam istud adducitur, quod supponitur, *Lunam* esse symbolum Turcici regni. Probare id Author annititur ex Hof. V. 7. Pf. CXXI. 5. 6. Joel II. 31. coll. Jes. XXIV. 23. Origo hujus symboli triplex adducitur, *tum* quod antiquissimi Ismaelita *Lunas aureas* Gideonis temporibus habuerint & sine dubio coluerint, quæ Jud. VIII. 26. שֶׁהָרִים dicuntur; *tum* quod *Luna* crescens insigne sit Imperii Turcici: *tum* quod Saraceni & Turcæ *annos lunares* habeant. Analogia vero hujus emblematis in eo monstratur: (1) quod regnum Muhammedicum Lunæ instar debeat accrescere & decrescere: (2) quod Turcæ Solem lucis Evangelicæ spernentes, obscurum & erroneum lumen doctrinæ Muhammedicæ sequantur: (3) quod regnum & doctrinæ eorum in nocte Ecclesiæ Antichristianæ incrementa sumserint: (4) quod duratio hujus regni in flore per tot annos se extendat, quot dies numerus quadratus mensis efficit. Trices enim triginta conficiunt 900. Tot præcise anni ab A. C. 622. quo cum incipit Æra Hegiræ, effluxere usque ad A. C. 1522. seu initium Reformationis, a quo tempore res Turcarum paullatim in deterius sunt lapsæ.

Porro si tempus, quo decrescere Lunam Turcicam fas est, ad tempus florentis ejus status

status addatur, periodus præter propter 1100 annorum exsurgit. Ut id probabile reddatur, varia p. 78. sq. argumenta cumulantur, quæ tamen non ejusdem sunt ponderis. Leviusculum multis videbitur, quando priscum imperium Assyriacum in typo quoque circiter 1100. annos a Ninya, Sardanapalum usque durasse dicitur. (f) Neque plus demonstrationis inest observationi de duratione Imperii Græco-Constantinopolitani a Con.

(f) Fabulas Ctesie hic Rev. Author sequitur. Quæ ipsæ tamen ei non satis favent, cum secundum illas periodus regni Assyriaci altius repetenda esset. - Sed abunde jam a viris doctis evictum est, quam parum iis tribuere debeamus. Conferatur omnium loco Casp. Abeli *historia Monarchiarum orbis antiqui*, quem librum omnibus historiæ sacræ V. T. studiosis volvendum & revolvendum commendamus. Ille lib. I. c. 7. nervos huic opinioni omnes succidit. Labet ex §. 1. verba hæc adscribere: *Omnes illi profani authores, qui Ctesiam sequuntur, imperio Assyriorum maximam antiquitatem, longissimamque durationem, annorum nempe 1300-1400. attribuunt, quæ sententia etiam insidit atque inveteravit in omnium fere Christianorum Historicorum & Chronologorum libris, qui proinde etiam Assyriis honorem primæ in orbe universalis, ut ita dicam, Monarchiæ vindicare solent, eaque opinio ita penitus animis eorum se insinuavit, ut qui errorem hunc gratisimum ipsis eximere velit, latentem quasi lavare & sterile littus aratro proscindere videatur. Pauci vero, quibus Titan, ut ajunt, de meliore luto præcordia finxit e. gr. ex veteribus Herodotus, Appianus & Dionysius Halic. arctioribus vastum illud imperium terminis includunt, vix 500.*

Constantino M. usque ad occupationem Constantinopolis a Turcis per annos 1122. Quo enim argumento ex hoc Imperio Christiano typus Turcici exsculpetur? Parum quoque ad multorum palatum erit numerus 1100. per Gamatriam in radice ששך & תרך, porro numerus 1118. in מנא תקל ופרסין inventus, unde totidem hypotheseos suæ rationes Author struit. Mihi tamen præ cæteris illa ratio maxime speciosa videtur, quæ ex Jes. XVI. 14. petita est. Verba hæc sunt: Et nunc loquutus est Jehovah, dicendo: *Tribus annis, quales sunt anni mercenarii, vilis fiet gloria Moabi, in omni illa multitudine magna: & residuum erit parum, pusillum, non plurimum.* In versu hoc & toto cap. XVI. per *Moabum* non esse intelligendam regionem Moabitidem, angustis valde cancellis inclusam, sed potius sub imagine Moabi Turcam cum suo ingenti imperio, qui non tantum terram, sed & superbiam malitiam & infensum Moabitarum, contra populum Dei animum possidet, sequentibus argumentis probatur.

(1) Quia tum hic c. XVI. tum Jerem. XLVIII.

annos, modicamque Asiae partem illi largientes, quibus & recentiorum nonnulli, viri excellentissimi, & ut in aliis, sic etiam in historia supra vulgus sapientes, Conringius, Cellarius: Becmannus, Grævius, Clericus, Marshamus, Hornius, Du-Pinius, Montfauconius, alique, calculum suum adjecerunt &c.

XLVIII. Moab describitur, ut regnum magnum & potens in terra, quod de prisco Moabo dici nequit. Hinc dicitur Jes. XVI. 1: **מֹשֶׁל אֶרֶץ** *Dominator terræ* & Jer. XLVIII, 17: *Virga potens & baculus magnificus*. Infandæ ejus superbiæ Jes. XVI. 6. & Jerem. XLVIII. 29. mentio fit, quæ omnia multo melius in hodiernum regnum Turcicum, quam priscum Moabiticum quadrant.

(2) Jes. XVI. 1. dicitur: *Mittite agnum Dominatoris terræ a Sela ex deserto, ad montem filix Zion*. Sela autem, **סֵלָא**, urbs erat Arabiæ, *Petra* dicta, quia petræ inædificata. Talis quoque urbs erat *Asie* in Arabia, de qua *Herodianus* lib. III. *ἢν δὲ πόλις ἐπ' ἀκρας ὑψηλοτάτης ὄρεος*. De nostra urbe Sela agitur Jes. XLIII. 11: *Jubilant* **יְשֵׁבֵי סֵלָא** *incola Sela*. Neque ostendi potest, Moabitas urbem Sela, aut Arabiam sive Petream sive felicem unquam possedisse. Quomodo igitur a Sela agnos aut alia dona mittere potuissent? Potest autem Turca, qui se *Dominum utriusque Arabiæ* scribit.

(3) Moab literalis tribus a tempore hujus vaticinii annis non extenuata est, neque interiit, uti heic pronuntiatur. *Destructæ* enim demum est a Nebucadnezare, idque post excidium Hierosolymitanum, de quo Moabitiæ gavisi sunt Ezech: XXV. Hæc vero prophetia in anno emortuali Regis Ahasi, aut paullo post publicata est. Vide c. XV. 1. Neque

que constat Moabitas per Hiskiam Ahafi successorem, aut per Salmanassarem, qui 10 tribus in captivitatem abduxit, oppressos. Ab initio vero regni Hiskiaꝝ usque ad Nebucadnezarem centum ferme anni effluxere.

(4) Neque quadrat in Arabum aut illa tempora, in quibus Jesaias hæc vaticinatus est, quod legitur vs. 4. *Oppressor esse desit, finita est vastitas, consumtus est conculcator e terra.* Vastatio enim alia semper post aliam usque ad hæc tempora duravit.

(5) Ratio commoda dici nequit, cur priscus Moab dicatur *mercenarius Dei*, cujus opera scilicet Dominus usus esset, ad plantandum & eruendum sive populum Dei, sive populos alios. De Moabo id ostendi nequit, sed de Turca potest, qui *negotiosus est mercenarius Dei*, sive *novacula mercenaria*, qua tot millia pseudochristianorum & arborum sterilium a terra *raduntur* & tolluntur. Quod in typo de prisco Assure perhibetur Jes, VII. 20. Confer Jer. VII. 29. Ezech. V. 1. Ea fini infervire debent *acinaces Damasceni*, qui aciem habent instar *novacularum*. Horum igitur opera Deus, tanquam *mercenarii*, in judiciis suis usus est, & in *mercedem*, plurimorum populorum regiones iis assignavit.

His præstruetis indicatur, per *tres annos mercenarii* annos hic plenos & solares intelligi, qui computabantur a mense Tisri, & constabant 365. diebus, totidem annos pro-

phetice designantibus. Ter 365. conficiunt 1095. annos, id est ferme 1100. Hi 1095. anni ab A. C. 622. computati finiunt cum anno 1717. Sperandum ergo, non procul esse illa tempora, quibus Turcicus Moab agnos & dona ad montem Zion mittet, & oppressor desinet, & e contrario in gratia thronus Christi constabiletur in tentorio Davidis. Judicium autem hoc in Turcas per manum aquilæ Romanæ educetur. Quo pertinent verba Jerem. XLVIII: 40. sq. *Nam sic dixit Jehova: Ecce tanquam aquila involabit & expandet alas suas ad Moabum. Capta est Kerioth & arcium quæque tenetur: & fiet cor fortium Moabi in die illo, ut cor mulieris, quæ se afflicta. Et prostigabitur Moab, ne sit populus; quia contra Jehovam se magnificavit. Tum patefiet, Moabum delassatum esse apud aram & ingressum esse sanctuarium suum (שדדס, Meskita, Moschea) precandi causa, sed nihil obtinuisse* Jes. XVI. 12.

Huic nostræ prophetiæ parallela esse loca Jes. XI. 14. & XXV. 10. Author noster credit. Et certe id facile ei largimur, quod utrumque vaticinium ex nexu de prisco Moabo intelligi nequeat, adeoque in spirituali quodam Moabo in N. T. & quidem imminente ultima Ecclesiæ periodo intelligendum sit.

VIII.

BREVIS HISTORIA VITAE,

Clarissimi Viri,

JOHANNIS D'OUTREINII,

Phil. Doctoris, atque in Ecclesia Amstelodamensi Mysteriorum divinatorum interpretis,

Cum accurato *Catalogo librorum* hactenus ab eo editorum.

Johannes D'OUTREIN, natus est Medioburgi Selandorum a. d. 17. Oct. anni cło Ioc LXII. Ad Academiam, quae est Franequerae Frisiorum a. 1680. ablegatus, ibi fidelissima Virorum clarissimorum in illa docentium institutione usus est, nimirum Nicolai *Blancardi*, in lingua Græca, Tobiae *Andreae* in philosophicis, Abrahami de *Grauw*, sive *Gravii*, in mathesi, Campegii *Vuringae* & Jacobi *Rhenferdii* in Ebraicis, Jacobi *Perizonii* in literis, quae ad humanitatem pertinent, Johannis *Marckii*, in historia ecclesiastica, Johannis van der *Waeyen* & Campegii *Vuringae* in Theologicis. In illa Academia dum versaretur, aliquoties in publicum prodit. Neque enim solum sub praesidio Viri Cl. Tob. *Andreae*

a. 1681. de *Lumine rationis*, & a. 1682. sub prae-
 fidio Cl. *Waeyeni* partem ejus *summae Theologiae*
 defendit, sed & alias dissertationes, quas
 ipsemet suo Marte conscripserat, tuitus est
 publice, videlicet a. 1681. praefide celeberrimo
Viringa de Deo $\text{D}^{\text{IV}}\text{D}$ ad locum Dan. XI:
 38. & quater moderante Cl. *Andreae de Immor-*
talitate animae, ut & prid. Kal. Jul. a. 1682. de
Colore, cum ei A. L. M. & Philos. Doctoris ho-
 nores impertirentur. Praeterea eodem anno
Canticum Canticorum & Mosi ex Deut. XXXII.
 &c. Belgicis rythmis expressum edidit, ut
 & versionē Belgicam commentarii Cl. van der
Waeyen in epistolam ad Galatas, utramque in 8.
 Ex quibus colligas eum numerum Erudito-
 rum praecocium, a *Bailletto*, *Schulteto*, *Wolfo*,
van Seelen, atque aliis collectum augere at-
 que ornare posse. Postquam post. Kal. Ju-
 nii a. 1683. a classe Franequerana in nume-
 rum S. Ministerii Candidatorum cooptatus es-
 set, die 25. Febr. a. 1685. inauguratus est
 muneris verbi divini Ministri in pago Frisiae
Oostsanen. Hinc a. 1687. discedens ejusdem
 muneris auspicia fecit prid. Kal. Decembris
Franequerae, cujus Academiae Bibliothecae
 sequenti anno praefectus fuit. Cum vero anno
 1691. *Arenacum* vocaretur, illius loci ecclesiae
 a. d. 19. Apr. praefectus est, & per duodecim se-
 re annos praefuit, donec frustra ab *Alcmarien-*
sibus atque *Harlemensibus* expetitus a. 1703. ad
Dordracenos tandem abiret, apud illos eccle-
 siae

siae ministris munus a. d. 4. Febr. Professoris autem Theologiae & Philologiae provinciam, quam hinc discedens Lugdunum Batavorum celeberrimus Salomon *Tillius* vacuam fecerat, a. d. 16. Augusti oratione de *Naziraeis*, quae & Belgico & Romano sermone typis exscripta est, habita capessens. Huic autem loco a. d. 9. Decembris a. 1708. valedixit, ut ejusdem mensis die 21. in florentissima ecclesiarum Reformatarum *Amstaelodamensi* docendi auspicia faceret. Atque in hoc illustri theatro ab illo tempore vixit, atque ut diu in eo ex animi sententia vivat, praeclarisque ingenii sui monumentis, ecclesiam instruat, atque ornet, DEUM ex animo veneramur, id quod haectenus tam egregie ab eo factum est, prouti ex indice hoc librorum colliges, quem dum tibi, B. lector, communicamus, rem tibi a nobis non ingratham fieri speramus.

I N Q U A R T O.

DE *Gelykenissen* van den verlooren Zoon, en *Onregtveerdigen Rentmeester*, Luc. xv. 11-32. en xvi. 1-18. Beneffens nog eenige andere stoffen, als I. *De Gelykenis* van de *kinderkens* op de *merkt*. Matth. xi. 16-29. II. Van den *onvrugtbaren Vygeboom*. Luc. xiii. 6-9. III. Het *oordeel Gods* over *Lobts Wyf*. Luc. xvii. 32. IV. *De geschiedenis* van den *Vervloekten Vygeboom*. Marc. xi. 12-14-20. V. *Bileams Prophetie* van den

den *Messias*. Num. xxiv. 17. VI. De *onbestendigheid* van alle *Vleesch*, en *eewigduurigheid* van het *Word Gods*. Ies. xl. 6-8. VII. De *Gelykenis* van't *opwassend Zaad* uit de *goede Aarde*. Marc. iv. 26-29. De eerste *Druck*, Amst. 1692.

De *tweede Druck*, merkelyk verbeterd, revens een zedige verdediging van de verklaring over Luc. xv. 11-32. tegen de *swarigheden*, geoppert door den Heer *Job. Kreichton*. Amst. 1699. Prodiit quoque hic liber Germanice.

De *Sendbrief* van *Paulus* aan de *Colossensen*, ende den *cvi. Psalm*. ontledet, uitgebreid en verklaard. Des *Autheurs Intreed* - en *Afscheids-redenen*, vermeerdert met het *Afscheid* van *Tranequer*, *Intrede* tot *Arnhem*, de *nagedagtenis* van *K. Alardin*, in *huldiging* van *P. Bodaan*, en den *cxxvi. Ps.* in drie *Leerredenen* verklaard en toegepast. Amst. 1694.

De *Kerk in den Rouw*, getrooft over het *smertelyk* en *weergaloos verlies*, en droevigst *afsterven* van de *grootmagtigste Vorstinne MARIA*, *Koninginne* van *Engeland*, enz. uyt *Hof. xiv. 4.* Amst. 1695.

Proeffstukken van *Heilige Sinnebeelden*, (met een *breede Inleidinge* over de *veelheid*, *grootheid* en *wysheid* der werken van *God*. Van de *Sinnebeeldige Godgeleertheid*, ende het *Sinnebeeldige der Scheppinge*. Den *civ. Psalm* *Prophetisch* en *Sinnebeeldig* uitgebreid. Het *tweede Deel*, bevat *Heilige Versegelingen*, ofte, het *versegelde Fundament Gods*, over *2. Tim. ii. 19.* Met een *breede*

Inleidinge, war in, behalven eenig berigt no-
pens dit werk, verscheide saken en naleefin-
gen, als ook eenige Brieven van de Heeren J.
Gronovius, J. *Perizonius*, en *Th. J. ab Almeloveen*,
tot nader ophelderinge van het selve dienen-
de. Nevens een *Anhangsel*, waar in breedsprak-
kig verhandeld en uit de Ouwdheden opge-
helderd worden, Exod. xvii. 15. 16. Zach.
xiv. 20. Mal. iv. 5, 6. en Jer. xxi. 5. 6. Amst.
1700.

De Roosendaalsche Vermaakelykbeden, met een
geestelyk oog beschowd, en in Digmaat ge-
steld; en *Toegift*, tot afmaning van het Kaart-
spel - Verkeer - en ander ydel tyd verdryf.
Amst. 1700.

De werken van J. *D'Espagne*, uitgegeeven, met
een breede *Voorreden* en verscheide *aanmer-*
kingen van J. *D'Outrein* over dien Schryver.
Utrecht 1700.

Afscheid van Arnhem, over 2. Thes. ii. 15-17. *In-*
treede tot Dordrecht, over Pf. Lxxi. 15, 16.
Amst. 1703.

Oratio Inauguralis de Naziraeis. Dezelve door
den Auteur overgeset, of *Redenvoering* van
de *Nazireers*. Dordrecht 1703.

Noodige *Anmerkingen* op een *Traëtaatje*, 'ge-
naamt *De eenige Gereformeerde Waarheid*, uit-
gegeven door de soo genaamde *Hebreen*: met
een *Nareden* tegen F. van *Leenbof*. Dordr. 1704

Paulus laatste Zegenwensch aan den *Hebreen*, en
Salomons Bedkamer bewaakt, door 60. *Helden*, tot

een *Afscheid van Dord*, en *Intreede tot Amstel-
dam*, uyt Hebr. xii. 20, 21. en Hoogl. iii.
7, 8. Amst. 1709.

De *Sendbrief van Paulus aan de Hebreë*, ontle-
det, uytgebreid, en verklaart, *Eerste Stuk*, behel-
fende de *vyf eerste Hoofddeelen*, en noodige
Voorbereidselen. Amst. 1711.

Het *tweede deel* over Cap. vi. x. vs. 18. Amst.
1711.

Het *derde deel* over Cap. x. vs. 19-39. ende C.
xi. benevens eenige bysondere verhandel-
ingen tot het elfde en negende Hoofdeel be-
hoorende; te weten *Kain & Habels offerhan-
den*, *Henochs wandel mit God*, *Noachs geloo-
ve*, *Abrahams roeping* uit Ur der Chaldeen,
opofferinge van *Isaak*, *Isaaks zegeningen*
over Jacob en Esau. *Jacobs zegeningen* over
Josephs soonen, van het *Pascha*. De door-
gang van *Israels* door de *roode Zee*. Van de
spyswetten der Jooden. Van de *waschingen* on-
der *Israel*. Van de *Testamenten Gods*; &c. Amst.
1714.

Het *vierde deel* over Cap. xii. & xiii. mit ver-
handelingen I. Over de plegtigheden van
den *grooten Versoendag* Lev. xvii. II. Over de
wet van de *roode veersse*. Num. xix. III. Over
Deut. xxix: 19. Amst. 1717.

Praestantissimi hi in Epistolam ad *Ebraeos* com-
mentarii in Germanicum sermonem, quoad
tres priores partes conversi, & Francofurti
ad

ad Moenum impressi jam exstant, quas quarta mox sequetur.

C. Viringa over de Evangelische *Parabolen* vertaalt ende door Aantekeningen opgeheldert. Amst. 1715. Et hic liber Germanice recusatus est Herbornae Nassoviorum.

IN OCTAVO

Korte *Schets der Godlyke Waarheden*, soo als deselve in haare natuurlyke ordre te samen geschakelt zyn: waarin kortelyk de H. Godgeleertheid doorloopen; de wegen Gods in syn Kerke nagespeurd, en insonderheid de verscheide bedeeelingen van het Genadenverbond wat nader uitgepluift worden: tot oeffening van waarheid en deugd; den *twaalften Druk*, waar in (behalven eenige vermeerdering) de *Schriftuurplaatsen*, tot bewys dienende, zyn uitgedrukt, op nieuws beschaaft, en merkelyk verbeterd. Amst. 1710.

Idem liber Gallice,

Tableau des Veritez du Christanisme, dans lequel on donne une idee generale de la Theologie, & ou l'on examine principalement la conduite, que Dieu a toujours tenue dans son Eglise, & on considere à fond, quelles sont les differentes Dispensations de l'Alliance de Grace. Letout tendant à porter les hommes à l'amour de la verite & à pratique de la vertu. Amst. 1699.

Idem liber aliquoties Germanicè heic Bremæ & Francofurti ad Moenum prodiit. Prima omnium editio facta est a. 1687.

Eerste Beginselen der Goddelijke Waarbeden voor de Kinderen in Jaaren en in Verstand. Ten deele getrokken uit de Schets der Waarheden, een verrykt met Historische Vragen over het O. en N. Testam. Amst. 1711.

Het *Hoogtied* van *Salomo*, (kortelyk verklaard door den Heer *N. Lydius*) in rym nagevolgt, en vermeerdt met eenige *aanteekeningen*. Een breede *Inleiding* tot betooning van den Prophetischen Inhoud van dat Lied, Benevens een *Aanhangsel*, bevattende een verklaring of uytbreiding van Deut. xxxii. Exod. xv. Ps. ii. xxiii. xxiv. xxxiii. xli. l. lxxv. lxxxv. en xcvi. Amst. 1690.

Den *Honigraat der Verdrukkingen*, ofte een bondelken van Leerredenen, over Rom. v. 3-5. Psal. xxxix. 10. en xciv. 19. sprekende van de *Verdrukkingen der Geloovigen*, ende hun *gedrag en vertroosting* in deselve. Amst. 1700.

Gods Tabernakel onder de menschen, ende de *Heerlykheid des Zoons Gods*, over Joh. i. 14. Mitsgaders het *Heilig Sabbath* en *Jubeljaar*, over Lev. xxv. i. 13. Amst. 1701.

Het *Alphabet der Godsaligheid*, ofte den *CXIX. Psalm*, ontleedet, verklaard, en in rym nagevolgt. Amst. 1701.

Bybelsche Keurstoffen, of *Schriftmatige Verhandeling* van eenige uitgelesene plaatsen der H. Schrift, als Ps. cx. 3. Judæ vs. 3. Eph. vi. 10. 17. Hoogl. v. 16. Eph. ii. 13-16. Gal. v. 25. Ezech.

xvii. 22-24. Matth. ix. 37, 38. Spreuk. xi. 30.
Amsterdam 1702.

De Redenen van Vrees en Hoop, in desen tegenwoordigen Oorlog, mitsgaders de Hoop en Vertrouwing der Kerke, uyt de Prophetische Schriften, van Mozes aftot de Openbaringe Johannes, 3. Deeltjes. Amst. 1707.

De groote Nuttigheid der Catechisatien, over 2. Tim. iii. 15. Waar by gevoegd is een Verhandeling van *Stephanus Gaussenus*, nopens het gebruik der Sleutelen omtrent de Kranken, verstaalt, en agtervolgt met eenige nadere *Aanmerkingen* omtrent de regte behandeling der Kranken, door *J. D'Outrein*. Amst. 1708. tweede Druk. a. 1714.

De Ziels-Opheffing van een Godvrugtig Bidder en Dank segger tot Jehova, ofte een Schriftmatige Verklaring en Uitbreiding van Ps. xxv. cxvi. 83. 90. 72. insonderheid vers 16. 1704.

De kragt der Godsaligheid, ofte de ware Heiligmakinge in haren aart en natuur, voortreffelykheit en nootsakelykheid voorgestelt en ter betragtinge aangedrongen. Dordregt 1705. Nabericht op synen brief aan een Vriend nopens de Samenspraken van *Mr. Joncourt*. Amst. 1708.

De Christelyke Godgeleertheid van Adam en Moses uit Gen. iiii. 15. en Hebr. iii. 5. het Genaaden verbond aan Israael voorgesteld, Jes. i. 16-20. En eenige nuttige Keurstoffen, uit Jer. xxiii. 29 Ps. lxxxiii. 28, en Luc. xiv. 15. Amst. 1710.
De

De Droefheid, die naar God is, werkende een onberouwelyke Bekeeringe tot Zaligheid, mitsgaders de waare Zelfs-verloocheninge, benevens nog eenige andere gebuurige Stoffen. Amft. 1710
Eben-Haëzer, ofte de Gedenksteen der hulpe van Jehova, 1. Sam. vii: 12, Met betrekkinge op de verydeling van den aanslag der Franschen op Nimwegen, den 11. Junii 1702. en andere merkwaardige weldaden van God, in dat Jaar aan ons Vaderland beweefsen.

Het groote Goed van Gods Litverkoornen, ende Gods wonderbare Goedertierenheden ontrent Nederland, in den Jare MDCCLII. over Psalm xxxi. 20. en 22-25. twee Voorbereidingen tot de openbare Gebeden, over Ezech. xxii: 30. 1702.

Gods Betuiging tegen Israel, over Psalm LXXXI: 14-17. Nevens Het Reukwerk van de Gebeden, over Psalm CXLII: 2. 1704.

Tweeden Eben-Haëzer, ofte Gedenksteen der hulpe van Jehova, ter gelegenheid van de Overwinning by Hochstedt op den 13. van Oogstmaand, 1704. uit Deut. xxxiii: 16. Nevens een Waarschouwinge tegen alle onmatige en sondige Blydschap, uit Hof. ix: 1.

Het slot van Deborahs Triomflied. Rig. v. 31. Benevens een Wenschen Bede om verderen vorspoed onser Wapenen, voorgesteld op den algemeenen Dank- en Bededag den 29. van Loumaand, 1705.

Den Engel van Jehova, de Leidsman van Israel, Exod. XXIII: 20-23. Benevens het Heyl des Heeren, uit Ps. LX: 11-14. Ende Nederlands Verwagtinge van den Heere uit Ps. CXXXVIII: 8.

De waare Oorzaak van de Ramspoeden des Jaars 1707. ende het sekerste Middel tot een gewensten Vrede, in een Dank-Vast-en Biddags-Reden voorgesteld uit Job. XXII: 21.

De Opening van de Veld-tocht des Jaars 1706. en 1708. door twee Boet-Predikationen over Joel II: 12-18.

Nederlands Dank-Altair, uyt Psalm LXVI: 8-20. op den Dankdag, Loumaand. 1709.

De Wonderdaden des Allerhoogsten uyt Psalm LXXVI: 1-7. op den Dankdag, den 21 Sept. 1709.

Het tweede Deel, van de Wonderdaden des Allerhoogsten in desen tegenwoordigen Oorlog, uyt Psalm LXXVI. 8-13. Nevens een kort Vertoog van de Mishandelingen der Verdrukkelingen op de Fransche Galeyen. Amst. 1711.

De Prophetische Godgeleertheid, nevens eenige Mengelstoffen uit het O. T. als Psalm LXV. 10. Jerem. xxxi. geheel. Spr. VII 1: 21. Pred. 12: 1. 7. Ez. 34: 31. Hab. 3. 17. 18. Amst. 1712.

Het Nieuw Jerusalem (Apoc. XXI. en XXII.) gebouwt op het fundament der Apostolen, tot vervolg van de Godgeleerdheid van Moses en de Propheten benevens eenige stoffen, uit het N. T. als Joh. 3: 5. Luc. 2: 25-32. Luc. 12: 16-21. Aanmerkingen over de optellingen der stammen Israels, en een Aanspreek tegen H. Verryn. Amst. 1712.

De stemme Gods, roepende Nederlands Volck tot boete en bekeering uit Jer. II: 12, 13, 17, 18, 19. &c. Amst. 1713.

Vervolg daar van uit Jer. II: 20, 21. en 31. en altaar des Vredes Jud. VI: 24. en over Job. I: 4. 5. Amst. 1713.

Tractatus de Melchisedeco, non Henoch contra hypothefin Viri Cl. Henr. Hulsi. & obfer.

observationes ad selecta S. Codicis loca
Amst. 1713.

De *Balsam Gileads* uit Jer. VIII: 22. midsgaders over Luc. XI: 5, 8. XI: 11-13, XVIII: 18. Amst. 1712.

Christus de Hoogepriester naar de wyse van *Melchisedeck*, ende het tegenbeeld van Aaron Midsgaders de *Goel* van *Israel*. Met een aanhangsel van den Oorsprong der tien-den tegen *Spencerus*. En antwoord op die van *H. Verryn*. Amst. 1713.

Audi & alteram partem, ofte afgeperste *Verantwoording* tegen de grievens ingebracht over syn Schryven nopens *Melchisedeck*: Amst. 1714.

Het vervolg daar van (of de *Beantwoording* van het antwoord op het voorgaande) *Hic liber ad prelum paratus certas ob causas non editus est.*

De *wegwyser door Roosendaal*, ofte de *Roosendaalsche Vermakelyckheden* met een geestelyck oog beschouwt. Tweede druk vermeerdert met eenige *Gefangen*. Amst. 1713.

Op den brand te Roosendaal, den 12. Maart voorgevallen, a. 1714.


De *Clangore Evangelii* sive de *Clangoribus sacris* dissert. XV. ad Cl. V. Jac. *Perizonium*, Amst. 1714.

De *Tabernaakel van Moses*, in synen oorspronck, bouwkunde, Vaten, Cieraad, Voorbeelden, gebruyckt en in geestelycke beduidenissen beschout. Amst. 1715. De

De *Godvrugtige Nachmaal houding* van J. de la Placette uit het fransch vertaalt ende met een voorreden en aantekeningen vergroot. Dordr. 1715. de tweede druk binnen twee maanden. 1716.

C. *Viringa*, korte schets van het geestelycke leven of betragtende *Godgeleerdheyd*. Uyt het Latyn vertaalt. Amst. 1716.

Dissertatio in locum Jer. XXX: 21. Exstat in I. Fasc. hujus Bibliothecae &c.



IX.

Nova quaedam

THEOLOGICO - HISTORICO-
LITERARIA.

GENEVAE celeberrimi Viri Benedicti PICTETI historia saeculi XII. mox prelo tradetur. Occupatus ille nunc est in conscribendo tertio Theologiae suae Gallicae tomo, qui vendetur separatim in usum eorum, qui duos priores Tomos possident.

DUISBURGI Clivorum ante aliquot menses professioni Theologicae inauguratus est Vir Clarissimus J. C. LOERSIUS, cætus hæctenus Tuiscoburgensis pastor optime meritus.

ritus. Orationem habuit de *Nathanaele*. Inquirebat in oratione hac praesertim, quid Nathanael sub ficu egerit, quibusque occupatus fuerit cogitationibus & rebus. Erat hoc iuxta eius sententiam ardentissima ad Deum oratio, ut mentis suae oculos illuminaret, Messianique, cujus adventum jam appropinquasse ex prophetiis & communi hominum tunc temporis expectatione noverat, cognoscendum daret. Indagabat porro, qua de causa Christus eum sincerum, simplicemque, in quo nulla falsitas, Israëlitam vocaverit. Putat autem Christum hac denominatione respexisse ad Jacobum, cui ex victoria, quam reportavit de Angelo, quicum in precibus noctu pugnabat, impositum fuit nomen Israëlis, principis Dei fortis. Posito hoc fundamento comparationem inter Jacobum & Nathanaelem instituebat. Expectamus brevi ab hoc Viro Doctissimo dissertationem ejus de *Angelis* fasciculis his inferendam. Promissit idem publico *Tractatum*, quem inscribit: *Contemplatio aeternitatis*.

CLIVIAE *Job. Jac. SCHIURMANN*, cujus meditationes in *Joelem* & *iter Adami* vernacule conscripta a vide publicum excepit, in *Apocalypsin* *Commentarium* scripsit, cujus *Prodromum* brevi in lucem promere constituit.

EMDAE Vir Cl. *Gerhardus OUTHOVIVS*, cujus in *Epistolam ad Titum*, in *Obadiam*, in

In librum *Ruthae* commentarii Belgicè scripti una cum aliis opusculis exstant, & cui secundae hujus fasciculi dissertatio debetur, in *Jona* illustrando versatur. Parat idem conciliationem locorum, in quibus a verbis textus Hebraei longius videntur discesfisse *οἱ ἐβδουμνοῦλα*. Cujus operis specimen sequens fasciculus exhibebit.

HARLEMENSIS ecclesiae Ministri doctissimi, *Johannis Creyghoni*, *Tilfa Borusfi*, Commentarius in epistolam *Judae* sub prelo sudat. Idem *mysteriarenthesium S. scripturae* scripto explicare tentat. Editi ab eo commentarii in Epistolas ad *Hebraeos*, *Jacobi*, & *Johannis*, & Caput *Lucae* xv. ut et scripta contra *Leenhofum*, non nisi solida omnia & praeclara nos ab eo expectare jubent.

CASSELLIS Vir Venerabilis *Philippus Otto VIETOR*, *Seren. Hassiae Landgravii* a Conciliis ecclesiasticis & concionibus aulicis, & *Hassiae principatus ecclesiarum cis Weram* Superintendens, septuagenario major, & ab aliquot jam annis rude donatus, diem suum obiit, in cujus locum à serenissimo Principe suffectus est Inspector ecclesiarum principatus *Smalcaldensis KURSNERUS*.

AMSTAELODAMI ecclesiae Germanicae Minister *Clemens STRESO*, cujus commentarii in Epistolam ad *Thessalonicenses* & *H. Fascicul.* N utram-

utramq; Petri editi prostant, subitanea morte
extinctus est, atque in ejus locum Pl. R. Vir
Curtenius, V. D. M. *Wolffradiensis* in ducatu
Montano nominatus est.

GRONINGAE aetate ac meritis venerandus
Vir Abrahamus **TROMMIUS** rarissimo
exemplo anno aetatis quinto supra octua-
gesimum Theologiae Doctor proclama-
tus est. Programma, quod a Viro cl.
Driessenio eam in rem conscriptum est,
hunc titulum habet. *Pulcherrimum in Aca-*
demiae Groningó-Omlandicae coelo Phaeno-
menon. Vir Pl. Rev. doctiss. & celeberrimus D.
Abrahamus TROMMIUS, Ecclesiastes Groninganus
octagenario quinque fere annis major, haëtenu
in obeundo munere corporis firmitatem animique
alacritatem expertus, neque, dum stabunt CON-
CORDANTIAE, moriturus unquam, Doctor
SS. Theologiae renunciatus, in senatu Academi-
co à Promotore Antonio DRIESSEN ad diem 1.
Decembris MDCCXVII. Ille Cl. Vir Driessenius
publicare cepit dissertationes historiam lap-
sus & restitutionis primorum Parentum illu-
strantes.

LUGDUNI Batavorum, clarissimi nominis
Theologum Taconem Hajonem van den
Honert explicationem parare in *Canticum Can-*
ticorum accepimus, duabus partibus, qua-
rum prior *Lexicon* continebit vocum my-
sticarum in illo occurrentium; Altera au-
tem in illud commentarium. De hoc ope-
re

re omnes, quibus insignes VIRI & ingenii & iudicii, dotes exploratae sunt, praeclara sibi omnia pollicentur. *Historia quoque inclutae hujus Academiae, vitaeque Professorum*, qui in ea docuerunt, fideliter descriptae mox publice apparebunt.

ULTRAIECTI Cl. *Deusingii* tractatus mysticus, qui inscribitur: *Moses Evangelizans* imprimitur, cui subjungetur, nisi Typographo aliter visum fuerit, *Anatomia mystica Capitis humani*. Fr. *Burmannus*, Fr. F. elegans, sibi thema elegit, quod disputationibus publicis pertractabit, quarum jam prima apparuit, de *Poesis sacra*. Perflebilis ille de morte Hadr. *Relandi* nuntius jam supra p. 86. a nobis allatus fuit.

FRANCOFURTO ad Moenum scribitur *Giezentannerum*, famosum illum fanaticum, ibi commorari, suamque offerre operam in instituendis pueris. Coetum interea inspiratorum *Ronnenbergae* indies augeri, atque nuper plus XL. homines omnis aetatis & sexus e grege *Anabaptistarum*, ex *Helvetia* venisse & per hanc urbem *Schwarzenoviam* commigrasse. In hac urbe typis *Forsterianis* recudetur *G. HORNII* *historia ecclesiastica cum notis D. HARTNACCII*, & *accessionibus M. LEYDEKKERI & I. D. CRAMERI*, ut & *novo supplemento THEODORI HASAEL*, *historiam ecclesiae ad hunc annum exhibente inde ab hujus saeculi initio*, **HEIDELBERGA**

tandem Lojolita celebris UTZLEBER, qui tantum molestiarum Theologis Reformatis creavit, abiit Herbipolin. Ajunt eum huc à sociis suis ablegatum esse, quod illi eum nimis, ac vellent, dogmatibus Cartesianis favere credant.

MANHEMII templum Reformatorum a furentibus Gallis non sine indelebili illorum opprobrio cum tota urbe, totque florentissimis urbibus aliis, feralibus flammis ante hos triginta annos deletum, ac solo aequatum, nunc tandem feliciter restauratum, & a. d. Aug. anni superioris concione sollemni excellentissimi Theologi Archipalatini, L. C. MIEGII, habita ex Ps. xxvii: 4. atque impressa, inauguratum est.

MARPURGI ex mandato Serenissimi Principis scribendae historiae *Hassiacae* operam suam addixit Vir. Cl. Hermannus *Schminckius*. Elegantissimam ille nuper dissertationem *de Episcopatu Buraburgensi in Hassia*, (Fuit autem Buraburgum oppidum in monte inferioris Hassiae, qui hodie vocatur *der Burberg* / ad Adranam non longe à Friteslaria, à qua circiter III. M. P. distat, situm) a. d. 13. Nov. anni superioris vulgavit sub forma dissertationis Academicæ.

BREMAE Ministerii Bremensis *historica relatio eorum, quae in hac urbe cum Petro Friderico*
DE-

FFTRY, Pastore olim ecclesiae ad D. Martini extraordinario ab officio suo publica auctoritate remoto acta sunt, vernaculo sermone mox lucem adspiciet. Jacobus HASAEUS, I.U. D. & Moraliū Professor librum *observationum* ad Theologiam, Jus civile, atque historiam pertinentium prelo tradidit. Georgius Lud. TREVIRANUS, ecclesiae Neapolitanae Bremensis Minister parat commentarium in pericopas Evangelicas, mox proditurum. Th. HASAEUS quotidie Erfurto expectat dissertationem de אבן שתיא sive lapide foundationis, cui olim arca foederis in S. Sanctorum imposita fuit, quam jam antefesquiannum, ut ibi typis exscriberetur, Typographo transmiserat: Ut & Jena alterum tomum *Introductionis SAGITTARIANAЕ* ad notitiam scriptorum ecclesiasticorum auspiciis Reverendiss. abbatis & Theologi Helmstad. editum, J. A. Schmid. cui ille supplementa sua adjecit. Idem ex hac officina Hofferiana prodire facit sermone vernaculo, *Exercitium pietatis*, sive Übung der Gottseligkeit hoc est: Syllogen aliquot tractatum brevium, qui ad excitationem pietatis faciunt, quibus ipsemet addet *de Justificationis & Sanctificationis cum discrimine, tum nexu necessario* dissertationem.

DECIAE in Principatu Nassoviae ea, quae ibi cum Neopropheta (praecipue L. A. Gleymio^(a))

N 3

ejus-

(a) De iis excerpta literarum Germanicarum nos sequentia docenti. Es sind diese zween Inspirirte/deren Nahmen

ejusque fociis; qui jactitatis suis inspira-
tionibus ferme omnem Germaniam per-
meaverant , turbaverantque , heic loci
au-

Gleim und Gruber / zu Diez vor ungefehr
einem Jahr im Arrest behalten / darinne
aber allezeit höfflich tractiret worden.
Sie haben dann und wann in ihrem Arrest
Aussprachen gehabt / und der eine davon
ist einmahl in seiner Aus- sprach von
Herrn Inspector Schnabelio an den Ar-
men *per force* angegriffen / und damit in
Worten und gestibus still gemacht wor-
den / dabey er gesagt / der Inspector ha-
be gefoffen / und werde sterben / ehe er
wieder in seinen Götzen-Tempel ginge.
Allein es ist nichts auff sein Wort erfol-
get. Dieses experiment ist durch Ordre
des Herrn Ober-Amtmanns zu Diez dar-
auff zum zweytenmahl mit gleichem Succes
durch einen Sergeanten adhibiret worden.
Es sind einige Zeit hernach diesen zween Pro-
pheten alle ihre Schrifften abgenommen
worden / welche bestehen in ihren Aus-
sprach / Brieffen Copyen - und geist-
lichen Liedern / woraus zu sehen / wie sie
aller Orten Correspondence führen /
worunter aber einige ihren Betrug verra-
then / ex. gr. es schreiben zwo Weibs-
Personen so aneinander: Weilen Gruber

autem custodiae traditi, ex ea clam prou-
perant, atque evaserant) acta sunt, publi-
ca auctoritate impressa, prodibunt.

HANOVIAE in illustri, quod ibi est,
Gymnasio professionem Theol. Philol. &
Hist. S. Ord. oratione de *religione & verae reli-*

N 4

gionis

nun los sey (wie er dann damahls nach
einem Bad ziehen wolte) so werde er sich
auf eine gute Aussprach schicken. In
einer gewissen Aussprach führen sie den
Geist also redend ein: So werdet ihr euch
also belieben lassen / dahin zu reisen / &c.
In einer andern Copie stehet / daß **G**ott des
nen Grossen der Welt die Augen beginne
zu öffnen / indem Rex Angliæ auch nicht
ferne mehr von ihnen schiene &c. Den
17ten Octobris, Anni præteriti sind die
beyde des Nachts / da die Wächter ges-
schlafen / echapiret. Man hat nachgehends
Bericht bekommen als ob diese prætendirte
inspirirten ihre Aussprachen aus
Engeland zugeschickt : bekommen. End-
lich so haben sie nacher Dieß geschrie-
ben / sie wolten sich da selbst wieder
listiren / allein / als man Obrigkeitlich
sich vernehmen lassen / man würde sie zwar
wohl bewürthen / allein nach dem Tagwerck
in ihrem Strumpffweben tractiren / so höret
man nun von ihnen nichts / H. Inspector läs-
den dasigen process in Druck ausgehen.

gionis criteriis dicta a. d. xii. Jan. hujus anni capessivit Alb. Wilh. Melchiorus, celeberrimi Herbornensium quondam Theologi, Johannis Melchioris, filius ἐφαιδος. Sicut eopse die ac loco professionis Juris Ord. auspicia fecit Cl. Vir Frid. Petrus de Spina oratione inaugurali, qua docuit, *eam rempublicam demum esse beatam, quam juris & justitiae vigor animat.*

HAMBURGI subscriptiones quaeruntur ad promovendam impressionem libri Gallici, cujus *titulus* atque argumentum in schedula quadam volanti, ut vocant, hoc modo circumferuntur, PRINCIPES CONTRE LES SOCINIENS; où l'on défend les premiers *Fondemens de la Religion Chretienne, par l'Ecriture Ste & par la Raison*, Par THEODORE de BLANC, Pasteur refugee de la Rochelle. Ouvrage qui contient LVII. *Chapitres*, partagez en X. *Sections*; Les *Chapitres* sont aussi partagez, en plusieurs *Articles*, qui ont chacun leur *Titre* particulier.

La I. *Section* prouve le *Mystère de la Trinité* par l'*Ecriture*. On y propose quelques réflexions, sur *Genèse III. 5. & 22. Esaye XLVIII. 16. Matth XXVIII. 18. 19. & Hebr. II. 2.* (Passage que l'on ôte aux Sociniens;) sans compter plusieurs autres, où l'on insiste moins.

La II.

La II. *Section* explique au long les Versets 7. & 8. du Chap. V. de la 1. Epitre de St. Jean. On y produit plusieurs Remarques, Conjectures, & Raisonnements, en faveur du vs. 7. pour le conserver comme étant de St. Jean.

La III. *Section* établit deux Principes nécessaires pour défendre la Trinité par la Raison, qui sont, I. l'*Incomprehensibilité* des Mystères infinis, & II. l'*Insolubilité* de quelques objections.

La IV. *Section* défend actuellement le Mystère de la Trinité par la *Raison* contre les principales Objections, Difficultez, & Questions, des Sociniens.

La V. *Section*, après avoir donné un Chapitre à l'Article du *St. Esprit*, passe à celui du *Fils de Dieu*; dont elle défend, & l'*Incarnation* contre le Socinianisme *parastatique*, & la *Generation éternelle*, & la *Filiation divine*. Plusieurs Passages y sont éclaircis.

La VI. *Section* établit la *Divinité* de J. Christ, par l'*Ecriture*, & par le *raisonnement*, & fait voir que J. Christ l'a soutenuë, jusques à la mort. On y developpe le vrai sens de quelques Passages: comme Jean XX. 28. Philip. II. 6. 7. Hebr. I. 10. 12. &c.

La VII. *Section* défend l'*Apologie* que J. Christ fait de sa *Divinité*, Jean X. 30. . . . On y hafarde quelques réflexions, que l'on donne à examiner.

La VIII. *Section* prouve la *Verité* de la *Satisfaction* du Sauveur, par quelques raisonnemens, & par des Passages qu'elle éclaircit: Sour tout, Rom. III. 24. & Matth. XX. 18. &c. Ici l'on démontre, avec étendue, que ce n'est point, *Pilate*, mais le *Sanedrim* qui a condanné J. Christ, & que la *Chofene* pouvoit être autrement.

La IX. *Section* prouve L'*Infinite*, & la *Necessité* de la *Satisfaction*, contre L'*Acceptilation* Socinienne, que l'on combat par elle même, & par l'*Écriture*: On presse, ici, Rom. VIII. 3. Coloss. I. 19. 20. Hebr. II. 10. On fait voir, que ce dernier Passage est plus concluant. qu'il ne le parôit.

La X. *Section* démontre enfin, par plusieurs raisonnemens, que la *Necessité*, de la *Satisfaction* est *absolue*. On combat, ici, le doute de quelques Orthodoxes, ou, l'on en rectifie le *Principe*. On s'attache, sur tout, aux Sociniens, pour les ramener, par leurs propres principes, à cette *absolue Necessité*: Faisant voir, que la nier c'est ouvrir la porte à tout ce, qu'il y a de plus impie.

CE Traité, qu'on n'accusera point de copier trop les autres, est tellement pour tous les Chrétiens, sans distinction, que si l'Auteur n'y mettoit pas son Nom, on auroit de la peine à connoître de quelle Religion il est; tant il se tient dans les bornes de la Cause commune. Ceux qui auront lu sa *Conciliation de Moÿse avec St. Etienne*, & son Traité des 70 Semaines. . . . pourront juger de son Stile, & de sa manière d'écrire, & de raisonner.

Il y aura, au reste, environ un million de lettres, dans ce Livre, avec les Tables; ce qui oblige à en faire 2. Volumes *in duodecimo*. Le prix, selon la monnoye de Hambourg, fera, pour les Soucrivants, un Ecu en couronnes, pour les 2. Volumes en blanc. Ceux qui en prendront cinq Exemplaires en auront un Sixième, par-dessus. L'argent doit être compté à Hambourg, où l'Auteur le fera recevoir par un Marchand, qui se rendra caution de tout ce qu'on lui remettra.

LUTETIAE PARISIORUM nova & splendidissima editio Operū S. CHRYSOSTOMI, in primis 30. homiliis ineditis in Psalmos, locupletata nunc prodire cepit; sub hoc tit. S. Patris nostri JOHANNIS CHRYSOSTOMI OPERA OMNIA, quae exstant vel quae ejus nomine circumferuntur, ad Mss. Codices Gallicanos

licanos, Vaticanos, Anglicanos, Germanicosque,
 nec non ad Savilianam & Frontonianam editiones
 castigata, innumeris aucta, nova interpretatione,
 ubi opus erat, Praefationibus, monitis, notis, va-
 riis lectionibus illustrata, nova S. Doctoris vita,
 Appendicibus, Onomastico & copiosissimis Indici-
 locupletata. Opera & studio D. Bernardi de
 MONFAUCON, Monachi ordinis S. Benedi-
 cti e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis
 ex eodem sodalitate Monachis, XI. Vol. in F. Prae-
 fatio & conspectus ejus operis aliquot pagela-
 lis in 8 prodire, cui pacta subscriptionum,
 quae à Bibliopolis proponuntur, in fine an-
 nexa sunt. Pro uno quoque volumine, mi-
 noris chartae non compacto subscriptori
 solvendæ erunt 17. Gallicae librae & 10. asses.
 Pro sex exemplaribus subscribenti libra una
 ex dicto pretio detrahetur. Pro exemplari
 majoris chartae (excudentur autem tantum
 LXXV.) solvendae subscriptori 27. librae.
 Ita ut summa totius pretii horum XI. Vol. in
 compactorum futura sit pro exempl. mino-
 ris chartae L. 192. & 10. A. h. e. circiter
 70. Vallenses Imperiales; at pro exemplo
 chartae majoris L. 297. quae summam C. Im-
 perialium excedunt.

